

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Methodum Hebraismi Novam Ab Erudito Gallo Nuper Propositam

Hamburgi: Typis Conradi Neumannii, [1716?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862186994>


Druck Freier  Zugang



~~112~~

112.

Fa-1092 (112)



בשחבה

METHODUM HEBRAISMI NOVAM

AB ERUDITO GALEO NUPER PROPOSITAM
PRÆSES

JO. CHRISTOPHORUS
WOLFIUS,

HEBR. ET ORIENTT. LINGUARUM PROF. PUBL.

ET

RESPONDENS

PHILIPPUS FRIDERICUS HANE,

MECKLENBURGENSIS,

IN GYMNASII HAMBURGENSIS

AUDITORIO PUBLICO

EXAMINABUNT

DIEM XIX, MAI A. CCCCXXVI.

HAMBURGI,

Typis CONRADI NEUMANNI, Senatus & Gymnasii
Typographi.

VIRIS
MAGNIFICO, CONSULTISSIMIS, SUMME
REVERENDO, EXPERIENTISSIMO, AMPLIS-
SIMO, PRUDENTISSIMOQUE

GERHARD O
SCHROEDERO, J. U. D.

Reipubl. Hamburg. CONSULI dignissimo
meritissimoque, & PRÆSIDI gravissimo.

RUTGERO RULANT,
J. U. D.

MATTHIAE DREYERO,
J. U. D.

Et Rev. Capitul. Hamb. Canonico Sen.

DANIELI PARIDOM
KRAMERO, Med. D.

Ac Sereniss. Duc. Mecklenb. Würtenb. & Durlac. in Saxon. inf.
Circul. Consiliario,

JOHANNI JACOB OFABRO,
Senatori in Republ. Hamb. longe meritissimo,
DOMINIS, MÆCENATIBUS ac PATRONIS suis

D. D. D.
RESPONDENS.

PATRONI MAXIME COLENDI!



Ulm jure suo ad Vos redeat, quod
Vestrum est, eo confidentius Praclaris Vestris
Nominibus qualescumque has studiorum primi-
tias inscribere audeo. Quod enim ante hos quin-
que annos, cum dulcissimam patriam meam ve-
xare capisset, qua adhuc vexat misere, perniciosa bellorum calami-
tas, optabam sapienter, ut HAMBURGI tanquam in seculo fugien-
tium Musarum portu & perfugio conquiescens, tales studiorum
provehendorum reperire Fautores & Patronos, quales & sortis
me & tenuitas & bonarum literarum sitis à Summo Numine votis
precibusque omnibus expetere jubebant; id supra votum me felicis-
me consecutum esse, grati animi officio ductus, ut nunc ita post hac
nunquam non cum voluptate profitebor. Neque enim exiguum tem-
poris spatium est, quo inter Hamburgensem Camanas, communis
omnium voce celebratas, versari potui; quod autem iis interfuerim,
id vero Vestræ in solidum beneficentia, Vestro Patrocinio, Vestrisque
acceptum fero consiliis, quibus destitutus, ne tot quidem dies, quot
jam menses in illustri hac & artium & mercium officina com-
morari potuisssem.

Quæ causa est, cur Vos MÆCENATES, etiam tacentes, quæ
vestra est indulgentia, postulare à me videamini, ut studiorum meo-
rum

rum ratio Vobis constet: neque ipse diffiteor, quod à tanta munificientia, tantisque sumptibus profectum est, hujus rationem Vobis potissimum à me, abitum cum maxime parante, reddendam esse. Cumque Literæ Hebraicæ sint, ad quas ultimo hoc anno salutandas accedere integrum fuit; permitte quæso, ut, quod studiorum extare, Vobisque consecratum volui specimen, id ex Hebraeorum literatura depromptum sit. Eam enim, sat scio, ut sacrarum literarum promam condam non aspernamini, que TIBI in primis, **Magnifice SCHROEDERE**, adeo non ignota est, ut pristinam, eamque felicissimam illius tractationem in tanto fastigio jucunda recordatione etiamnum prosequaris. Suscipe itaque hanc grati animi tessera mea, qua me ipsum soletis, fronte; & ex specimine hoc qualicunque de conatibus meis, qui ad alia studiorum genera vel relati huicdum sunt, vel in posterum referentur, benigniter judicare sustinete: Sic enim illud præmium adeptus mibi videbor, quod in ista ætate constituto satis esse judicabitur. Pergite denique ulteriori quoque dignari me favere & patrocinio, qui totus fui Vestri muneric & beneficii, nec eum, cui jam loco cedere cogor, gratia Vestra ac beneficentia indignum habete. Ita Deus Vos, cum familiis Vestris splendidissimis, omni felicitatis genere cumulatos in salutis publicæ præsidium necessitudinemque Vestrarum ornamentum salvos & incolumes præstet! Dabam Hamburgi d. XVI. Maii, An. MDCCXVI.

**ILLUSTRIUM VESTRORUM
NOMINUM
CULTOR DEVOTISSIMUS**

P. F. Hane.



I. N. J. A.

PRÆFATIO.



Um nostra ætas in provehendis
amplificandisque artibus ac scientiis variis
non infelicem operam collocarit, linguae non-
nullæ, ac speciatim Hebræa de accessionibus
quibusdam, eruditorum Virorum industria &
ingenio partis, sibi gratulari potuerunt. Atque inter eas primum
fere locum tueri poterat, quam eruditio cuidam Gallo ante quin-
quennium debere cœpimus, siquidem vel veritate vel commodis se
commendaret. MASCLEFIUS, Canonicus, Ambianensis, est, qui
de emendanda & facilitiori reddenda Hebraicam Linguam discendi
ratione cogitavit, & consilia huc pertinentia in publicam lucem
protulit. Hujus enim est designatio Grammatica Hebraica novæ, ad Hebream
aliasque Orientis linguas antiquas, non habita vocalium ratione, descendat,
quæ primum quidem in Memoriis sive commentariis Trivultinis

A

ad

ad rem literariam pertinentibus an. ccccxi. mense Octobr. p. 1791.
Nov. p. 2002. & Dec. p. 2154. hinc in Ephemeridibus Literariis Parisiensibus editionis Belgicæ, duabus quidem partibus, quod perperam ibi fieri * sæpe solet, mutila an. 1712. Jan. p. 61. seq. denique vero in Memoriis Literariis, quæ Londini, annitente Cl. La Roche, editæ sunt, anglice an. 1711. p. 354. seq. ac 1712. p. 1. seq. exhibetur. Atque isti quidem methodo suæ tantum ingeniosus auctor tribuit, ut in ipso limine profiteatur, eam non minus ad amplificandam ornandamque Linguam Hebræam, quam provehendam sacrarum literarum intelligentiam accommodatissimam sibi videri. Qua de re cum aliter sentiendum nobis videatur, consultum putavimus, in consilium Auctoris ejusque rationes ita inquirere, ut libratis argumentorum ponderibus intelligatur, in quam sententiam lanx altera, veritatis momentis depressa, propendeat. Quamvis enim Didacus de Quadros, Jesuita, Professor Philosophiæ Complutensis, animadversionibus quibusdam suis, quæ Memoriis Trivulxinis anni 1713. Decembr. p. 2065. inde vero Ephemeridibus Parisiensibus edit. Belgicæ an. 1714. Augusto p. 198. seq. insertæ sunt, confondere hoc inventum conatus sit, id tamen potius egit, quod nec ipse diffitetur, ut novam hanc methodum præjudiciis, quæ vocant, quibusdam oneraret, quam ut, præfidiis suis dejectam, prosterneret. Quod an a nobis fieri possit, nec scimus satis, nec, si sciremus, dixerimus: Saltem, ut fiat, operam, quoad fieri potest, dabimus. Cl. Auctor designationem suam in tres partes distinxit, quarum Prima in principiis præstruendis, receptaque Hebr. Linguae lectione tractationeque, quam Masorethicam appellat, in odium & invidiam adducenda occupatur; Secunda ipsam methodum novam exponit, ac conquisitis undiquaque argumentis commendat; Tertia denique repellendis exceptionibus quibusdam destinatur. Iisdem igitur vestigiis insistentes, tres tractationes partes constituemus, & quid profecerit Auctor, perspiciemus.

SECTIO I.

* Solent enim Belga nonnulla ex Trivulxinis illis Ephemeridibus derivare in Parisenses illas recusas, & nec has, quales sunt, relinquere, nec illas sifere integras, si definitus plagarum numerus non permitat.

SECTIO I.

In Auctoris hypotheses præstructas inquirens.

I.

 N prima consultationis suæ parte recte Auctor monet; non præclusam esse recentioribus viam, qua altius provehantur, & veritatem adhuc latentem in variis scientiarum generibus eruant. Neque id quisquam negaverit, nisi qui recentioris ætatis ingenii aut diligentiae tantum putet detrahendum, quantum, nimia quadam reverentia ductus, antiquitati præter meritum viridicari. Nihilominus tamen non æque in linguis, quæ vernaculae esse desierunt, præcipue si consilia ad lectionem, pronunciacionem, ipsamque interiorem indolem constituendam spectent, quam in scientiis & reliquis artibus, id fieri posse extra dubium mihi quidem positum videtur. In scientiis enim, ad quas provocat Auctor, nominatim in doctrina rerum naturalium, medendi, & ipsa quoque ratiocinandi arte ingenio, meditationi & industriæ amplior omnino novi aliquid tentandi occasio relata est, cum ipsa rerum natura vel eadem, quibus veteres illi innixi sunt, vel nova etiam præsidia copiose offerat, quæ veterum cognitionem nunc angustiæ, nunc imperfectionis, nunc falsitatis convincant. Linguarum vero pergrinarum & a communi vulgi usu remotarum conditio ea est, ut, cum a situ regionis, genio populi, præterea vero in primis usu & consuetudine vulgi pendeant, in his momentis, si non solis, certe potissimum acquiescendum, nec sine his testimoniis quicquam illi pronunciandum sit, qui non tam novum aliquod quam præclarum & plausu dignum proferre conetur. Quo quis enim magis in his ab antiquitatis luce recesserit, hoc altius se immerserit tenebris imaginationis, quæ ignis erratici splendorem ad tempus præferentes tandem evanescunt. Compara, quæ in eandem sententiam commentantur *Jac. Perizonius* in notis ad Sancti Minervam p. 7, *Thomas Gatakerus* in dissert. de Stylo Novi Testamenti

A 2

menti cap. VII. p. 54. & Mericus Casaubonus ad proœmium Diogenis Laertii sect. VII. Evidem non dixerim, rationem a linguis prorsus excludendam, qui non ignorem, Quintiliani judicio lib. VI. c. 8. Institutt. sermonem constare ratione, vetustate, auctoritate & consuetudine. Sed id volo, ratione hic cum ratione, hoc est, ita utendum esse, ut, si afferri possit, vel ex ipsis linguae visceribus eruantur, vel idonei judicis testimonio confirmetur. Hoc autem quomodo in lectione & pronunciatione, quæ tota ab usu gentis pendet, & de qua in primis Noster solitus est, constituenda citra imo contra antiquitatis vocem fieri possit, id vero me cogitando non adsequi ultro & aperte profiteor. Cum itaq; longe alia sit linguarum, quam scientiarum, ratio, hoc minus ingenio in istas licet, quo plus potestatis facultatisque in has relictum esse videmus.

II. Ipsum negotium aggressurus Auctor præstruit recentiorum vocalium originem, quam superiori Sæculo in tam ampla luce positam esse pronunciat, ut, si Judæos exceperis, ex Christianis hominibus paucissimi sint, quorum quidem aliqua sit in hoc doctrinæ genere auctoritas, qui non eam sententiam amplectantur, quod vocales natales suos debeant Masoretharum ingenio, qui vel sub finem Sæculi V. post reparatam salutem, vel, quod rectius dici ipse putat, Sæculo IX. demum de vocalibus, literis sub sternendis, cogitarint. Ex utraque sententia id consequi censet, quod vocalium & receptæ hodie lectionis ætas mille minimum annis posterior sit eo tempore, quo Lingua Hebræa vernacula esse desierit, id quod vel in exilio Babylonico, vel certe paulo post usu venisse existimat.

III. Nostri quidem instituti ratio, & argumenti amplitudo non permittit, ut in hanc causam de vocalium ætate disputandam descendamus. Neq; vel necesse admodum hoc post aliorum labores esse, vel contra Auctorem profuturum nobis videtur, qui de hac sententia æque certus est, ac olim Waltonus fuit, cum in Apparatu Biblico Prolegom. III. §. 38. affirmat, *Se vix quenquam nosse, quis judicium cum eruditione Hebraica conjunxerit, qui aliter sentiat.* Itaque hoc argumentum nunc quidem omittemus, eo securius, quod sententia hæc Ludov.

Capelli

Capelli & Jo. Morini, quem in primis sectatur noster, a *Buxtorfio*, *Muisio*,
& ex nostratis ab incomparabili *Abrah. Calovio*, ac non ita pridem
novo labore a *Celeb. Valentino Ernesto Læscher* in elegantissimo com-
mentario de Causis Linguæ Hebrææ sub examen revocata est.
Nobis nunc sufficerit, ostendisse, nihil præsidii ad novum illud
inventum, quod prima ista hypothesi negata prorsus corruit, ac-
cedere, si vel maxime tantisper disputanti largiamur. Nihilomi-
nus tamen liberalius pronunciavit Noster, quando hanc senten-
tiā communi fere omnium consensu receptam profitetur, cum
certe nec hodie desint inter hebraice doctos contrariæ sententiæ
patroni, nominatim in Germania, cui tamen ipsi etiam exteri
hujus & aliarum Orientis lingvarum, non infeliciter amplificata-
rum, laudem relinquere consueverunt. Lege, si placet, auctores
Ephemeridum Parisiensium anni 1705. p. 168. edit. Belgicæ. Adde
Rud. Martini Mehlfurteri Prodromum Germaniæ Orientalis & Gustavi
Peringeri dissertationem de cura literaturæ Hebrææ præsertim inter
Europæos, *Upsaliæ 1688. 8.* Itaque Auctor errorem erravit, illi con-
trarium, quem *Julius Bartoloccius*, qui & ipse pro antiquitate voca-
lium pugnat Tom. I. p. 141. sq. *Biblioth. Magnæ Rabbinicæ*, com-
misit, quando loco modo laudato p. 165. refert, ex Protestantibus
unum *Lud. Cappellum*, ex Pontificiis unum *Morinum* antiquitatem vo-
calium negasse, ex merito ideo castigatus a *Richardo Simone* Tom. I.
Biblioth. Criticæ p. 374. sq. Præterea omnino notandum est, ne-
minem ex iis, qui illas vocalium notas, quas *Codex Sacer* præ se
fert, veteribus ignotas fuisse affirmant, negare, nunc eodem
nunc simili sono voces, quibus hodie substernuntur, pronuncia-
tas fuisse. Hinc etiam *Rich. Simon*, alioquin cum nostro consentiens,
hodierna puncta non temere solicitanda esse monet lib. I. p. 136.
Historiæ Criticæ V. T. edit. Latinæ, quippe quæ traditione &
usu vetustissimo innitantur.

IV. Lingvam Hebræam vel in ipso exilio Babylonico vel paulo
post illud vernaculam esse desiisse nondum evictum est, & temere
certe ad omnium consensum provocat Morinus p. 512. *Exer-*
citationum Biblicalarum. *Judæi*, fateor, nonnulli ita statuerunt,

speciatim *Elias Levita* in præfatione ad מהוֹגֵן, quando ait:
וכשנוּ מארמתחם ובאוּ לכבְל שָׁכַחוּ מִכֶּל וְכָל כְּכֻתוּב בְּסְפִר נָחוּמִיה h. e. cum exsularent ex regione sua, & in Babyloniam venissent, oblii sunt omnium, sicut scriptum est in libro Nehemie. Eadem est sententia Ephodai & Kimchii, quam suam postea fecerunt ex Christianis non pauci, quos laudatos vide a B. Augusto Pfeifero in Critica Sacra p. 46. Sed illis quidem se opposuerunt alii, ut Barthol. Mayerus in Philologia Sacra Part. II. c. 2. & in primis Steph. Morinus in Exercitationibus de Lingua primæva ejusque appendicibus p. 77. ac novissime paulo ante laudatus Læscherus in comment. de causis Linguæ Hebr. p. 67. Neque sane veri fit simile, Judæos, qui in Ægypto per tantum temporis intervallum Hebr. linguam illibatam servaverant, in Babylonia tam negligentes & incuriosos rerum suarum existitisse, ut tam exiguo spatio illius oblivione capi se paterentur. Nec contrarium evincit Nehemie locus cap. VIII. v. 7. & 8. ad qvem post *Eliam Levitam* se recipiunt ejusdem sententiæ patroni, cum ibi sermo non sit de contextu Hebræo in aliam linguam, quod isti volunt, translato, sed de sensu Legis ampliori commentarye illustrato & audientium animis infixo. Lege præter Morinum l. c. Jacobum Altingium in Heptade VII. Dissertationum Tomo V. Operum p. 198. sq. & Cl. Campegium Vitringam de Synagoga Vetera lib. I. Parte II c. 12. Neque integro minimum post carcerem Babylonicum sæculo Linguam Hebræam ipsi quoq; vulgo ignotam fuisse, manifestum, puto, evadit ex Malachiæ prophetia, quæ certe præpostero consilio hebraico sermone ad populum hebraice nescientem, cujus causa hæc scriptio suscepta erat, exarata credi debebat. Id quod ad liquidum deduci nunc oportebat, quoniam Noster contraria nonullorum sententia abutitur, ad novitatis suspicionem hodiernæ pronunciationi affricandam.

V. Hinc progreditur ad edisserendam Grammaticæ Hebrææ originem, quam, inventione vocalium posteriorem, in Sæculum X medium rejicit, acceptam referens Saadia Gaon, antiquissimo, ceu putat, Hebræorum Grammatico. Atque id quidem iterum Morini exemplo affirmat Noster, qui in originibus Hebræorum Grammaticis

maticis eruendis eodem modo versatur, tum in Opusculis Hebræo-Samaritanis cap. I Grammat. Samarit. tum in Exercitationibus Biblicis Exerc. XVII. c. 5. & 6. Eum vero secuti postea sunt Jo. Henr. Hottingerus in Historia Ecclesiast. N. T. Sec. XII. p. 258. Rich. Simon in Historia Critica N. T. lib. I. c. XXX. & Gustavus Peringerus in Historia Lingvæ & eruditionis Arabum p. 139. sq. Neq; ipse temere inficiari ausim, Judæos Arabum, inter quos eo tempore literarum studium in primis florebat, exemplo & cura excitatos fuisse, ut linguæ Hebraicæ inclinanti & interitum magis magisq; minanti, præceptionibus artis, quibus antea non æque indigebat, suppetias ferrent. Ex eo tamen nunquam conficitur, quod Morinus, & cum eo noster non sine vi quadam extorquet, Arabas & vocalium, lectionisque hodie receptæ, & regularum autores Judæis exstitisse. Neque enim insolens est, unius linguæ Grammaticam v. c. Latinæ, ad exemplum Græcæ, aut Græcæ ad formam Hebraicæ, quod nostra memoria factum est, conscribi, habita scilicet analogias ratione, & eadem tantum methodo observata, quoad utriusque linguæ conditio permittebat. Quis vero sibi persaserit, Judæos patriæ linguæ vel penitus oblitos, vel adeo negligentes fuisse ut eam ad Arabicæ formam prorsus refingerent? Certe ut omnia alia credamus, ipsa utriusque linguæ diversitas, quæ hodienum tum ratione vocalium, tum ratione flexionis vocum verborumque observatur, efficit. Convenientia vero in nonnullis capitibus partim ex imitatione decente, partim ex utriusque linguæ conformitate commode repeti potest.

VI. Ex præstructo priori hoc momento, quod ad vocalium Grammaticæque Hebraicæ novitatem pertinet, alterum, fundamenti loco inservitrum, colligit auctor, non majori veri specie, quam quæ prius illud commendavit. Hinc enim efficere conatur, Masorethas veram Linguæ Hebraicæ pronunciationem, quæ, cum familiari usu tereretur, obtinuit, callere non potuisse, quæ intra mille illos annos æque intercederit, atque intra brevius temporis spatium usu venerit non Græcæ minus quam Latinæ Linguæ, quam utramque Demosthenis & Ciceronis ætate longe aliter,

aliter, quam quidem usus hodie ferat, pronunciatam fuisse erudit*i* confiteantur, quamvis plura præsidia corruptelas ejusmodi ab illis prohibere potuerint. Idem omnino est, quod urget Morinus lib. II. Exercitatt. Biblic. cap. I. Exercitationis XVIII. nec obscuræ sunt aliorum erudit*orum* commentationes, quæ idoneis exemplis ostenderunt, nostrates in pronuncianda Latinorum Græcorumq; lingua a veterum consuetudine multum descivisse. Ad hanc exceptionem cum temperamento respondendum est. Sane negari non potest, ipsis Judæis non diffitentibus, Hebræas literas aliter hodie minusque vel distincte, vel eleganter, exprimi. Sic Ephodæus cap. XXXII. Grammaticæ suæ diserte cavit: **לא חשוב כי אנחנו בקיים היום בקריאת הכתוב ובתנוועות האותיות על הרוך** שורה אצל הקודמים: h. e. ne existimes, nos versatos hodie esse in lectio*n*e Scripturæ aut vocalibus (pronunciatione) literarum eo modo, qui apud majores obtinuit. Ex recentioribus Bened. Spino*s*a tum in præf. tum cap. III. p. 15. Grammaticæ Hebr. affirmat, veram Hebr. Linguæ pronunciationem jam olim periisse, eamque nos magna ex parte ignorare. Speciatim non dubitem, veteres illos literas שׁ & ד ipso sono distinguere potuisse, quia ab earum diversitate diversa vocum significatio pependit. Vide Gusseti Commentarios Linguæ Hebr. p. 811. & de aliis ejusmodi literis p. 8. Tiberienses in primis Judæos ad veterum elegantiam & accurationem proxime accessisse, & posteris hujus notitiæ desiderium reliquissè prædicant Judæi, ut Emanuel filius Jekuthiel in Grammaticæ suæ parte priore cap. 8. & cap. V. partis posterioris, ut alios omittam, quorum loca attulit Morinus p. 509. Hæc vero diversitas non efficit, ut credamus, vel Masorethas illos Tiberienses, vel alios postea Judæos, ita omni ex parte ab antiqua & vera pronunciatione deflectere potuisse, aut re vera deflexisse, ut prorsus alia nobis quærenda, nec illa pro maxime genuina habenda sit, quæ ad Masoretharum rationem proxime accedat.

VII. Judæi certe, consuetudinum suarum amantissimi, animum a patriæ linguæ usu nunquam tam alienum habuerunt, ut non quidam saltē essent, qui in hanc curam incumberent. Id quod

quod vel ex eo constat, quod Legem divinam semper in Synagogis suis hebraice prælegi curarint, eo quoque tempore, quo alia lingua vernacula esse cœperat, in qua deinceps interpretatio prælectorum institui solebat. Testatum hoc reliquerunt Mischnici Doctores in capite IV. Codicis מנגלה sect. 10. Tom. II. edit. Surenhusianæ p. 402. his verbis:

מעש ראוּבָן נקְרָא וְלֹא מִתְרָנֵם תְּמַרְנָס **וְכָל**
h.e. *Historia Rubenis* legitur, sed non exponitur Chaldaice: *Historia Thamaris* legitur, & Chaldaice exponitur. *Historia vituli prima* legitur, & Chaldaice exponitur; *Secunda vero* legitur quidem, sed non exponitur Chaldaice: *Benedictio Sacerdotalis* & *historia Davidis*, & *Ammonis* non leguntur, neque exponuntur Chaldaice. Ex quo loco manifestum est, lectionem Sacri Codicis ex contextu Hebræo institutam esse, quia alioquin non opus fuisset in gratiam vulgi Chaldaica interpretatione. Ita omnino verba accipiunt Bartenora æque ac Maimonides in commentationibus suis ad hanc sectionem relatis, idemque intelligitur ex Maimonidæ *Hilchoth Tephilla* cap. XII. §. 10, qui hanc consuetudinem inde ab Esra perpetuo obtinuisse affirmat his verbis:

שׁוֹחֵא שֶׁם תְּרָנֵם מִתְרָנֵם לְעֵם מִה שְׁדָקָרָא קֹרָא בְּתּוֹרָה:

h.e. inde a temporibus Esra consuevit adesse Interpres, qui populo interpretaretur, quicquid Lector ex lege prælegisset. Fuerunt quidem, qui cum Josepho Scaligero in *Animadversionibus ad Eusebium* p. 134. Briano Waltono in *Apparatu ad Biblia Polyglotta* §. 14. Prolegom. de versione Græca, Rich. Simone in *Hist. Crit. V. T. Lib. I. c. 17.* Isaac Vossio cap. 14. & 16. de *Oraculis Sibyllinis*, & aliis contendenter, Græcam versionem in Synagogis olim prælectam fuisse, sed eos vel nullis vel certe non idoneis minusque recte intellectis veterum testimoniis niti, & res ipsa evincit, & ab aliis, nominatim Jo. Lightfooto in *Horis Hebraicis ad 1 Cor. XI.* Jo. Braunio in *Selectis Sacris lib. V. Exerc. II.* p. 630. & Campegio Vitrina de *Vetere Synagoga lib. III c. 7. p. 950.* seq. evictum est. Neque fraudi huic sententiæ est, quod per instituta recentiorum in Synagogis, quibus Græca aut alia lingua familiaris fuit, in illis linguis Megillam prælegere integrum fuerit, quod post alias Buxtorfius cap. 29. *Synagogæ Judaicæ ex Megilla c. II. §. 1.* observavit; nec magis obest, quod Sæculo VI. medio versio Græca

B

ad

ad prælectiones Sacras adhibita fuerit, controversia inter præfectos
oborta & a Justiniano, ceu ex Novella CXLVI. liquet, composita.
Dum enim a Doctoribus Judæorum ejusmodi prælectio in lingua
aliena libro Estheræ tanquam propria vindicatur, de ceteris atque
adeo pluribus Scripturæ Sacræ libris aliter judicandum fuerit; ipsa
vero illa controversia, Iustiniani Sæculo agitata, contrarium mo-
rem antehac receptum fuisse evincit, ne dicam, ex ipfis verbis
Novellæ Justinianeæ, meliores judicant eos, qui Græcam quoque editionem
ad librorum sacrorum lectionem assumere velint, dubium relinqu, utrum
neglecto prorsus Hebræo Græcus tantum contextus adhibitus, an
hic illi junctus sit. Taceo, nec inde consequi, eandem inter reli-
quos Judæos, per totum terrarum orbem dispersos, consuetudinem
obtinuisse, quæ se Judæis Græcissantibus sub Iustiniani imperio
approbaverat.

VIII. Ex his adhuc disputatis consequitur, Judæos semper
occasione habuisse antiquam Hebraice pronunciandi rationem
conservandi, cum ex publicis prælectionibus eam haurire potue-
rint, nec ratio afferri possit ulla, cur avitam illam pronunciatio-
nem cum nova & pro arbitrio conficta commutare voluerint. Le-
gerunt scilicet Codicem Hebræum eo tempore, quo ex Babylonia
egressi peregrinam linguam in communem usum vel receperant,
vel non multo post recipiebant. Legerunt eundem quinque cir-
citer post eam ætatem Sæculis, etiam si hinc inde dispersi patriæ
linguae oblivio animos eorum magis magisque occupare cœpisset:
quod ex adductis Megillæ verbis patuit. Legerunt denique sub illud
tempus, in quod ipsorum Masoretharum Tiberiensum ætas incidit,
quibus antiquitatis vocalium oppugnatores ut plurimum hodier-
nam punctorum structuram vindicare consueverunt. Ab ea itaque
ætate certum & perpetuum præfidium lectioni Hebraicæ allatum
esse ipse Auctor nostrar, qui cum illis facit, negare temere non
ausit. Neque proinde necesse est, ut ostendamus judæos ab eo tem-
pore usque ad nostram ætatem pristinum pronunciandi morem vel
observare potuisse, vel observasse.

IX. Accedit diligens puerorum a teneris unguiculis institutio,
in

in scholis publicis, quarum curam ita sibi commendatam habebant, ut singularibus institutis eam suis injungerent. Illustris est Maimonide hanc in rem locus, qui exstat in Hilchoth תלמוד תורה (i.e. Tract. III. lib. 1. Partisi. Operis Jad chasaka, quem Latine conversum & Oxon. 1705. 4. editum Cl. Rob. Claveringii industriae debemus)

מושיבין מלמדיו תינוקות בכל מדינה
ומדינה בכל פלא ופלך ובכל עיר ובכל עיר שאין בה
תינוקות של בית רבן מחרימין את אנשי העיר עד שימושם
מלמדיו תינוקות ואם לא הושיבו מחרימין את העיר שאין השלם
מתקיים אלא בהבל פיהם של תינוקות של בית רבן :

i. e. *constituant doctores puerorum in singulis provinciis, vici singulis, & singulis urbibus: & in quacunque urbe non fuerint pueri scholam frequentantes, illius incolas anathemate feriunt* (malim hic cum Jacobo Rhenferdio in *Dissert. Philologica II. de Decem Otiosis Synagogæ* p. 266. ex *Gemara legere* i. e. *evertunt*) *donec ludimagistros constituant.* Et si ne sic quidem eos constituant, anathemate feriunt (vel potius evertunt) ipsam urbem, quia mundus non subsistit nisi per halitum oris puerorum scolæ. Obiter hic monereliceat, Cl. Claveringium, nunc Professorem Linguarum Orient. Oxoniensem, in versione Latina p. 7. extremorum verborum sensum minus feliciter ita expressisse: *nulla civitas constituitur, & stabilitur, nisi ubi balbutientes parvuli in schola educantur.* Alia certe proverbialis hujus formulæ, inter Judæos admodum frequentatae, quæ Codice Schabbath fol. 119. 2. legitur, mens est, quæ scilicet ipsius orbis terrarum salutem ab halitu puerorum, in scholis institutorum, pendere pronunciat, ut hoc modo auctoritatem & pretium illis conciliet. Hinc factum est, ut in una eademque urbe insignis scholarum copia exsisteret, quod exemplo urbis Hierosolymitanæ constat, in qua trecentas & nonaginta quatuor domos judiciorum, totidem Synagogas, Academias totidem, nec pauciores ludos literarios fuisse testatur R. Phineas ex fide R. Vschajæ in Cetubhoth Gemar. Babylon. fol. 105.

col. 1. Alibi quidem, nempe in *Echa Rabbathi* fol. 55. col. 1. Synagogæ Hierosolymitanæ 480. qui numerus voce **מְלָאָתִי** Jes. I. 20. continetur, memorantur, quemadmodum scholæ Bitterenenses quadringentæ (non quingentæ ceu Cl. Georg. *Vrsinus* in Antiquitatibus Hebraicis Scholastico-Academicis p. 42. tradit,) numerantur in Gemara *Gittin* fol. 58. 1. Confer *Jo. Buxtorfi Lexicon Chaldaico Rabbinicum* voce **בְּתַר**. Ut ut igitur negare nolim, in hac enumeratione magniloquo Rabbinorum ori aliquid tribendum esse, res tamen ipsa cum ratione in dubium vocari nequit. Et hanc quidem institutionem primo omnium ad linguam Hebræam legemque animo insinuandam spectasse, nemo est qui ignoret; sicut nec id obscurum est, quod difficillimis quoque temporibus Judæi suas & Synagogas, & Academias, & Scholas habuerint. Legantur, quæ fuse de his commentati sunt *Georgius Vrsinus* in libro singulari modo laudato, qui prodiit Hafniæ 1702. 4. *Jac. Atingius* in duabus Orationibus, quæ Amstelod. 1652. 12 editæ inter Opera ejusdem Tomo V. leguntur, ut de scriptis *Campegii Vitrinæ* & *Jac. Rhenferdii* de Veteris Synagogæ conditione & statu ultro citroque editis non dicam, quibus & jungi possunt *Jo. Buxtorfius* in Commentar. Masoreth. cap. V. p. 19. sq. *Melchior Leydeckerus* de Republica Hebræorum lib. VIII. c. 5. & *Celeb. Valent. Ernestus Læscherus* in Comment. de Causis Linguæ Hebr. p. 85. Hæ Scholæ, puto, efficerunt, ut ne ipsum quidem vulgus in linguæ patriæ, & antiquæ pronunciationis ignorationem penitus incidere potuerit.

X. Nec illud quod ad causam nostram omni ex parte tuendam omittendum est, judæos pronunciationis, a majoribus acceptæ, adeo studiosos fuisse, ut talem in multis hodienum deprehendamus, qualem olim fuisse credere jubent veterum Scriptorum testimonia. In memoriam nobis revocemus *Hieronymi*, Lingua rerumque Judaicarum certe non ignari, verba, quibus de studio suo literis Hebræorum impenso, in præf. ad commentarium in Danielem testimonium fert, & inter cetera ait se in lingua hujus (Hebrææ) pistrinum se reclusisse, & multo sudore multoq. tempore vix cœpisse anhelantia

40
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
997
998
999
999
1000
1001
1002
1003
1004
1005
1006
1007
1008
1009
1009
1010
1011
1012
1013
1014
1015
1016
1017
1018
1019
1019
1020
1021
1022
1023
1024
1025
1026
1027
1028
1029
1029
1030
1031
1032
1033
1034
1035
1036
1037
1038
1039
1039
1040
1041
1042
1043
1044
1045
1046
1047
1048
1049
1049
1050
1051
1052
1053
1054
1055
1056
1057
1058
1059
1059
1060
1061
1062
1063
1064
1065
1066
1067
1068
1069
1069
1070
1071
1072
1073
1074
1075
1076
1077
1078
1079
1079
1080
1081
1082
1083
1084
1085
1086
1087
1088
1088
1089
1089
1090
1091
1092
1093
1094
1095
1096
1097
1097
1098
1099
1099
1100
1101
1102
1103
1104
1105
1106
1107
1108
1109
1109
1110
1111
1112
1113
1114
1115
1116
1117
1118
1119
1119
1120
1121
1122
1123
1124
1125
1126
1127
1128
1129
1129
1130
1131
1132
1133
1134
1135
1136
1137
1138
1139
1139
1140
1141
1142
1143
1144
1145
1146
1147
1148
1149
1149
1150
1151
1152
1153
1154
1155
1156
1157
1158
1159
1159
1160
1161
1162
1163
1164
1165
1166
1167
1168
1169
1169
1170
1171
1172
1173
1174
1175
1176
1177
1178
1179
1179
1180
1181
1182
1183
1184
1185
1186
1187
1188
1188
1189
1189
1190
1191
1192
1193
1194
1195
1196
1197
1197
1198
1199
1199
1200
1201
1202
1203
1204
1205
1206
1207
1208
1209
1209
1210
1211
1212
1213
1214
1215
1216
1217
1218
1219
1219
1220
1221
1222
1223
1224
1225
1226
1227
1228
1229
1229
1230
1231
1232
1233
1234
1235
1236
1237
1238
1239
1239
1240
1241
1242
1243
1244
1245
1246
1247
1248
1249
1249
1250
1251
1252
1253
1254
1255
1256
1257
1258
1259
1259
1260
1261
1262
1263
1264
1265
1266
1267
1268
1269
1269
1270
1271
1272
1273
1274
1275
1276
1277
1278
1279
1279
1280
1281
1282
1283
1284
1285
1286
1287
1288
1288
1289
1289
1290
1291
1292
1293
1294
1295
1296
1297
1297
1298
1299
1299
1300
1301
1302
1303
1304
1305
1306
1307
1308
1309
1309
1310
1311
1312
1313
1314
1315
1316
1317
1318
1319
1319
1320
1321
1322
1323
1324
1325
1326
1327
1328
1329
1329
1330
1331
1332
1333
1334
1335
1336
1337
1338
1339
1339
1340
1341
1342
1343
1344
1345
1346
1347
1348
1349
1349
1350
1351
1352
1353
1354
1355
1356
1357
1358
1359
1359
1360
1361
1362
1363
1364
1365
1366
1367
1368
1369
1369
1370
1371
1372
1373
1374
1375
1376
1377
1378
1379
1379
1380
1381
1382
1383
1384
1385
1386
1387
1388
1388
1389
1389
1390
1391
1392
1393
1394
1395
1396
1397
1397
1398
1399
1399
1400
1401
1402
1403
1404
1405
1406
1407
1408
1409
1409
1410
1411
1412
1413
1414
1415
1416
1417
1418
1419
1419
1420
1421
1422
1423
1424
1425
1426
1427
1428
1429
1429
1430
1431
1432
1433
1434
1435
1436
1437
1438
1439
1439
1440
1441
1442
1443
1444
1445
1446
1447
1448
1449
1449
1450
1451
1452
1453
1454
1455
1456
1457
1458
1459
1459
1460
1461
1462
1463
1464
1465
1466
1467
1468
1469
1469
1470
1471
1472
1473
1474
1475
1476
1477
1478
1479
1479
1480
1481
1482
1483
1484
1485
1486
1487
1488
1488
1489
1489
1490
1491
1492
1493
1494
1495
1496
1497
1497
1498
1499
1499
1500
1501
1502
1503
1504
1505
1506
1507
1508
1509
1509
1510
1511
1512
1513
1514
1515
1516
1517
1518
1519
1519
1520
1521
1522
1523
1524
1525
1526
1527
1528
1529
1529
1530
1531
1532
1533
1534
1535
1536
1537
1538
1539
1539
1540
1541
1542
1543
1544
1545
1546
1547
1548
1549
1549
1550
1551
1552
1553
1554
1555
1556
1557
1558
1559
1559
1560
1561
1562
1563
1564
1565
1566
1567
1568
1569
1569
1570
1571
1572
1573
1574
1575
1576
1577
1578
1579
1579
1580
1581
1582
1583
1584
1585
1586
1587
1588
1588
1589
1589
1590
1591
1592
1593
1594
1595
1596
1597
1597
1598
1599
1599
1600
1601
1602
1603
1604
1605
1606
1607
1608
1609
1609
1610
1611
1612
1613
1614
1615
1616
1617
1618
1619
1619
1620
1621
1622
1623
1624
1625
1626
1627
1628
1629
1629
1630
1631
1632
1633
1634
1635
1636
1637
1638
1639
1639
1640
1641
1642
1643
1644
1645
1646
1647
1648
1649
1649
1650
1651
1652
1653
1654
1655
1656
1657
1658
1659
1659
1660
1661
1662
1663
1664
1665
1666
1667
1668
1669
1669
1670
1671
1672
1673
1674
1675
1676
1677
1678
1679
1679
1680
1681
1682
1683
1684
1685
1686
1687
1688
1688
1689
1689
1690
1691
1692
1693
1694
1695
1696
1697
1697
1698
1699
1699
1700
1701
1702
1703
1704
1705
1706
1707
1708
1709
1709
1710
1711
1712
1713
1714
1715
1716
1717
1718
1719
1719
1720
1721
1722
1723
1724
1725
1726
1727
1728
1729
1729
1730
1731
1732
1733
1734
1735
1736
1737
1738
1739
1739
1740
1741
1742
1743
1744
1745
1746
1747
1748
1749
1749
1750
1751
1752
1753
1754
1755
1756
1757
1758
1759
1759
1760
1761
1762
1763
1764
1765
1766
1767
1768
1769
1769
1770
1771
1772
1773
1774
1775
1776
1777
1778
1779
1779
1780
1781
1782
1783
1784
1785
1786
1787
1788
1788
1789
1789
1790
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1797
1798
1799
1799
1800
1801
1802
1803
1804
1805
1806
1807
1808
1809
1809
1810
1811
1812
1813
1814
1815
1816
1817
1818
1819
1819
1820
1821
1822
1823
1824
1825
1826
1827
1828
1829
1829
1830
1831
1832
1833
1834
1835
1836
1837
1838
1839
1839
1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1849
1850
1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1888
1889
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1897
1898
1899
1899
1900
1901
1902
1903
1904
1905
1906
1907
1908
1909
1909
1910
1911
1912
1913
1914
1915
1916
1917
1918
1919
1919
1920
1921
1922
1923
1924
1925
1926
1927
1928
1929
1929

qui in lingua sancta præ ceteris Hebreis elegantiam consequantur. Idem confirmat ad veterum Grammaticorum fidem provocans Emanuel fil. Jekuthiel in Parte II. Grammaticæ suæ cap. II. Nos inquiens, exercitati non sumus in differentia pronunciationis literarum, sicut viri Tiberienses, qui olim nitorem linguae præ omnibus aliis sectabantur ut testantur Hebraeorum Grammatici. Hæc & alia Judæorum testimonia produxit doctissimus Jo. Morinus in exercitationibus Biblicis p. 509. eo quidem consilio, ut rideret Judæorum, quas putat, ineptias de re, quam nulla ratione scire potuerint, testimonium ferentium. Ego vero, quod aperte profiteor, non video, quomodo hoc historiæ literariæ momentum ad recentiores Judæos, qui diserte ad antiquorum testimonia se recipiunt, pervenire non potuerit, atque adeo necesse sit, ut de pronunciatione majorum suorum tum demum judicent, ubi ipsi eam auribus acceperint. Sane locus Hieronymi, ad quem alias in hac causa provocat Morinus, paulo ante adductus, fidem facere potest judicio Judæorum de Tiberiensibus Doctoribus, & eorum in patria lingua studio. Hic enim Tiberiensis quodam Magistro usus est, ea puto, de causa, quod ista ætate major illorum hominum in hoc doctrinæ genere auctoritas esset. Audiamus ipsum in præfatione ad librum I. Paralipomenon ita loquenter: *Denique cum nuper a me literis flagitassetis, ut vobis librum Paralipomenon Latino sermone transferrem, de Tiberiade quendam Legis Doctorem, qui apud Hebreos admirationi habebatur, assumpsi, & contuli cum eo a vertice, quod ajunt, ad extremum, & sic confirmatus, ausus sum facere, quod jubebatis.* Hic in primis advertendum est, Tiberensem illum inter suos linguae Hebraicæ cultu conspicuum fuisse, unde non temere conjecturam facimus, ipsi Scholæ a Judæis recte in universum tribui, quod Divus Pater de Doctore quodam suo Tiberiensi affirmat.

XII. Placet his addere Jac. Gussetii assertionem, nostræ similem, & aliis præterea fulcris superstruetam. Vis, inquit is in Commentario Linguae Hebraicæ p. 8, earum (literarum Hebraearum) ac potestas a servata quoque fuit hactenus. Dubium nullum relinquit usus religiosus librorum, isque ad nostra tempora perpetuus, consensus in eo intersectas populi disidentes, harmonia cum aliis Orientalibus linguis in literarum sonis.

sonis. Nominum propriorum conformitas in versionibus, etiamque in libris
aliorum scriptorum res Iudaicas alia lingua, vel leviter delibantium, vel serio
tractantum, præsertim Novi Testamenti. Atque hæc sufficere posse
videtur ad evertendam alteram Viri docti, cum quo nobis res
est, hypothesis, in qua cum præcipue inniti videatur, consultum
nobis visum est, in ea destruenda diligentius occupari. Neque
satis adseruisse eam videtur Vir doctus, quando ad Græcam æque
ac Latinam linguam provocans monet, utriusque genuinam pro-
nunciationem nos eruditorum judicio nunc latere, cum tamen
minori temporis spatio ab usu vulgi remotæ fuerint, insuper vero
nec ingenia excitatoria defuerint, nec scripta Grammatica magno
numero, quæ in illarum conservationem conspirantia ne sic qui-
dem eas a corruptelis vindicare potuerint, quod proinde subsidio-
rum ejusmodi defectus de Lingua Hebræa multo minus sperare
permittat. Præterquam enim quod angustum fuerit Masoretha-
rum ingenium & obscura admodum diligentia, præter Codicem
Sacrum nihil omnino fuisse ait, quo conatus suos adjuvare & insti-
tutum promovere potuerint. Idem hoc est, quod Morinus antea
ursit non sine fiducia p. 511.

XIII. Jam sane, sine causæ nostræ præjudicio, ultro largi-
mur, nec Tiberienses illos, nec hodiernos Judæos vel naturam,
vel elegantiam antiquæ pronunciationis omni ex parte assūqui;
Sed id non magis evicerit, novam prorsus & nullo exemplo com-
probatam pronunciationem sectandam nobis nunc esse, quam illi
institutum suum cuiquam rerum perito approbaturi essent, qui idem
in Latinis & Græcis literis ob eam, quam diximus, mutationem ten-
tarent. Ita manifestum est, Judæos hodie cum Christianis diffe-
rentiam, quæ inter P & Π dageschatum, inter Ȑ & Ȑ dageschatum
inter Ȑ & Ȑ raphatum intercedit, ignorare, quod fatetur Emanuel
fil. Jekuthiel Parte I. Grammaticæ suæ c. 3. neque scio satis, num
fides illi habenda sit, quando Tiberiensibus eam probe constitisse
affirmat, cum in dubium vocari possit, num ipsi Judæi veteres,
quibus lingua adhuc erat vernacula, literas has adeo sibi adfinis
semper pronunciando distinxerint. Sane ipsa Germanica lingua
literas

literas quasdam habet, quæ a nonnullis saltem in familiari sermone non distinguntur, nec proinde mirum est, procedente tempore idem linguis mortuis usu venire. Sufficit variatam ejusmodi pronunciationem linguis omnibus, etiam vivis communem esse, quas tamen propterea a pristino ritu prorsus descivisse nemo concederit. Id vero præterea Nostro dare non cogimur, Linguæ Hebraicæ pronunciationem majorem hic fecisse jacturam, quam binas illas, quas diximus. Cum enim pronunciatio nec ingenii vi, nec scriptis nitatur, quantacunque sit eorum copia, sed usu & auribus accipi debeat, illorum defectus Hebræis non magis fraudi fuisse dicendus est, quam Latinis Græcisque literis emolumentum attulit. Imo alia omnia hic evenisse dixero, & forte non præter rem contendero. Judæos linguæ suæ pronunciationem magis, quam ceteras illas gentes, illibatam servasse, vel saltem servare potuisse, quippe quibus per longum tempus cum aliis gentibus earumque linguis tam multa consuetudo non intercessit, sicut nec gentes aliæ de eorum lingua addiscenda laborabant. Alia vero longe fuit utriusque linguæ conditio, quibus vel ab ipsis illis populis, multitudine fere infinitis, qui eam civitate donarunt, magnam mutationem illatam esse, singularis eam ad indolem suam geniumque accommodantibus, verisimile. Hinc etiam factum puto, ut stilos Codicis Sacri in diversis libris, diverso admodum tempore exaratis, ita sibi constet, ut exigua differentia observetur. *Jac. Gussetus* sane, qui alioquin hinc inde *archaismos* quosdam & *neoterismos* observare sibi vixit est, linguam Sanctam usque ad Nehemiah vel nihil vel parum mutantam esse affirmat in dissertatione de lingua Hebræa, quam commentario suo linguæ Hebr. præmisit. Adde Celeb. *Valentini Ernæphi Læscheri* Commentarium de Causis Linguæ Hebr. p. 63. Hæ igitur & forte aliæ causæ efficere potuerunt, ut, cum ipsa lingua sibi sat similis permanserit, pronunciatione quoque ejusdem tantæ varietati, quantum Noster sibi persvadet, obnoxia non fuerit.

XIV. Habet tamen aliquid Noster, quod excipiat adversus traditionem, per quam veterem linguæ pronunciationem, saltem quod

quod ad naturam suam, (de circumstantiis & minutis enim quibusdam sermo nobis non est) ad Masorethas & recentiores Judæos defluxisse diximus. Ait enim p. 1798. eam adeo sibi non constare, ut potius alia ratione LXX. Interpretes, alia Josephus, Origenes alia, alia Hieronymus alia denique Masorethæ utantur, qui certe singuli ita videantur Hebræa pronunciasse, prout istius saeculi, quo vivebant, conditio postularit. Unde & consequi putat, Masorethas ipsos antiquam illam pronunciationem vel scire vel conservare non potuisse. Idem argumentum adhibuit Morinus p. 513. Exercitationum Biblic. qui in primis ad punctuationem Nominum Propriorum Masorethicam, cum Josephi & Hieronymi expressione comparatam, provocat. Diligentissime vero omnium hoc argumentum persecutus nuper est doctissimus sedulusq; antiquitatis scrutator D. Bernhardus Montfauconius in disquisitione singulari, quomodo veteres Interpretes hebraice legerint, quæ in Tomo altero Hexaplorum Origenis p. 394. seq. legitur, ita concepta, ut apparet, quam rationem tum in literis tum in vocalibus efferendis Interpretes Græci varii observarint. Sententiæ suæ, quam tamen omni ex parte nostram non facimus, summam his ille verbis exprimit p. 394. *Nihil mirum est, si Masorethica lectio cum vetustiore illa non prorsus conveniat, siquidem Masorethæ eam annotaverunt, quæ etate sua, & eo loco, ubi versabantur, usui erat, quæque ab antiquiore illa ab ea, quæ variis in regionibus usurpabatur, multum differebat.* Quin etiam hodie lectione per Masorethas ad certas vocales determinata inter Rabbinos plerumque non satis convenit, quo pacto sit legendum. Inde est, quod veteres illi non secum semper consentiant in lectionibus, sed alius alio modo idem verbum proferat. Confer Prolegomena ad Hexapla Origenis p. 27. & caput I. Geneseos ipsorum Hexaplorum, ubi contextus Hebræus ad exemplum Hexaplorum Origenis nunc ex conjectura, nunc ex veterum Codicum fide literis Græcis exprimitur.

XV. Hic primo loco monendum est, LXX. Interpretes, Josephum, Origenem & Hieronymum minus recte, tanquam diversæ in iisdem vocibus pronunciationis auctores afferri, cum & ipsa

C

Com-

comparatio ostendat, & Morinus quoque p. 513. recte observet, 78c LXX, Josephum & Hieronymum a se invicem raro esse discordes, quibus merito addo Origenem, cuius vestigiis insistere Hieronymum, ubi occasio fert, nemini non constat. Cardo igitur rei vertetur in differentia 7ων LXX & Codicis Hebr. punctati, quam in nominibus propriis frequenter observari non nego, semper dari inficiar, cum v. c. in Adam, Cain, Abraham &c. amice conspirent. Præterea nominibus propriis id usū venire mirum non est, cum illa, usū communī teri solita, sensim inflectantur, & alio tempore aliam sortiantur pronunciationem, quod vocibus appellativis rarius contingit. Porro differentia illa non ubique, imo raro tanta est, ut non facile conciliari utraque pronunciatio possit. Sic quod Masoretharum נֶדְלִיחּוֹ 7οῖς LXX. Josepho & Hieronymo Gedalias est, mirum nemini videbitur, qui facile observabit, terminationem Hebræam ad Græcam & Latinam de industria inflexam esse. Quantacunque vero interdum sit, talis tamen est quæ pro hodie recepta pronunciandi ratione magis quam pro nova illa testimonium ferat. Tenendum insuper est, voces, ex aliâ lingua in aliam transferendas, a diversis saepe diversimode exprimi in scribendo, qui in pronunciatione dissensuri forte non erant, eo quod alteri eadem pronunciatio aliis, alteri iterum aliis literis commodius efferrri posse videtur. Accedit regionum diversitas, quæ efficit, ut eadem literæ & vocales ab incolis diversimode pronuncientur, quibus tamen nihilominus linguæ suæ ratio eodem modo constat. Ita permultas habet Germanica lingua dialectos, quibus qui in pronunciatione utuntur, in capite causæ & in scriptione ipsa non dissentunt. Hanc dissensionis causam recte attulit olim Hieronymus, in epistola ad Evangelum: *Nec refert, inquit, utrum Salem an Salim nominetur; cum vocalibus in medio literis perraro utantur Hebrai, & pro voluntate lectorum ac varietate regionum eadem verba diversis sonis atque accentibus proferantur* Illustrari hoc potest luculento hodiernorum Judæorum exemplo, inter quos Judæi Orientales & Itali, quibus Leo Mutinensis in libro de hodiernis Judæorum ritibus p. 55. elegantiorem linguæ pronunciationem tribuit, cum nostra Christianorum

norum pronunciatione maxima ex parte consentiunt, ceteris, qui Germaniam, Bohemiam & Poloniam incolunt, Judæis, tum quod ad accentum, tum quod ad vocales literasque diversam rationem sequentibus. Sic vocem בְּתִולָה Germani Judæi *Bsule*, ברכה, Broge, נְתַן Nosen exprimunt. Vide Cl. Jo. Jac. Schudt Memorabilia Judaica Parte II, lib. VI, c. 16 p. 285. Neque tamen hæc tam diversa pronunciandi ratio efficit, ut, ubi eadem voces quod ad consonas & vocales scribendæ fuerint, diversis literis aut sonorum signis a diversis repræsententur. Itaque Noster non majori jure hinc collegerit, Masorethis sua ætate constare non potuisse de antiqua illa Hebr. Linguæ pronunciatione, cui pro diversitate regionum aliqua quod ad literas & vocales soni varietas induci potuit, quamvis eadem utrinque & literæ & vocales mente conciperentur. Taceo, Græcorum, sive Judæi illi sive Christiani fuerint, lectionem cum Masorethica, quam vocant, comparatam tantæ dissensionis exempla non suggerere, quanta inter Judæos diversarum regionum hodie observatur, cum posterior hæc ipsas quoque literas, prior vero ut plurimum vocales tantum afficiat. Sic v. c. vocem בְּרָאשֵׁית Masorethæ legunt Bereschith, vel ut Christiani etiam nonnulli, scheva vel prorsus neglecto, vel leviter tacto, pronunciant, *Breschith*: eandem vero lectionem tuetur *Origenes* in Psalmum I, ubi legitur Βρησιθ, & Hieronymus, qui habet *Bresith*. Confer Cl. Montfauconii Hexapla Origenis Tom. I, p. 14. Si itaque ne nunc quidem Judæi in essentialibus lectionis partibus, literis scilicet & vocalibus, per bene longum temporis intervallum à se invicem secessionem fecerunt, quamvis in pronunciatione multum discreparent, non video, cur Masorethis, si ex Auctoris nostri hypothesi loqui tantisper velimus, id tribuendum non sit, quod & ipsi potiora & essentialia antiquæ pronunciationis capita, etiamsi differentia quædam a regionis genio vel aliis causis inducta statuatur, conservarint.

XVI. Urget institutum suum Auctor p. 1798. & negat, Masorethicam illam pronunciationem, si vel maxime a yeteri discensisse

fisse dicatur, ceteris omnibus præferri posse. Id quod non temere se inficiari putat, eo quod contrarium idoneis rationibus evinci nequeat, sua vero sententia solidis argumentis innitatur. Quod ad prius attinet, cogitandum est, Masorethicam lectionem in possessione veritatis jampridem positam esse, unde validis ad modum arietibus dejici debet. Præterea vero res ipsa, utpote historica, non tam ratiociniis, quam testimoniis confici potest, imo vero confecta est, postquam tot sæculorum decursus Masorethicæ lectioni prærogativam vindicavit. Videamus itaque, quomodo Dissentiens eam vitio & labie præ ceteris infectam esse ostendat? Cum traditio, inquit is, conservandæ pronunciationi genuinæ destinata adeo variata sit, & Masorethæ aliter eam instituerint, ac LXX. & reliqui Interpretes antiqui, per se patet, eam, quæ Masoretharum est, ab antiqua illa & genuina hoc magis abesse, quo longius a primis originibus temporis ratione remota est. Cum itaque *oi* LXX. vera pronunciandi ratione jam tum exciderint, idem eos infuscatis, usū venisse fatendum est. Enimvero ad hæc ex superioribus responderi haud difficulter potest, unde jam constitit, traditionem illam tam variam & sibi dissimilem non fuisse, quam sibi persuadet Noster, quæ cum insuper ex Nominibus Propriis potissimum colligatur, ea vero multis de causis variatione in linguis omnibus, alioquin sibi constantibus, obnoxia sint, manifestum est, idem de tota lingua dici non posse, quod de parte ejus singularibus ex causis admitti solet. Quod autem *oi* LXX aliter sæpe contextum verterint, quam lectio hodierna fert, id quidem non novam prorsus legendi rationem sed tantum diversam ejus applicationem, a vocalibus pendentem, infert. Porro auctor id precario assumit, Masorethicam, quam vocat, lectionem lectione *tau* LXX ratione ætatis inferiorem esse, de quo non æque omnes certos se esse profitentur. Denique meminisse probe debemus, Linguae Hebrææ pronunciationem ab injuria & diuturnitate temporum partim per Judæorum genium & indolem, partim propter alias causas supra allatas corrumpi ita non potuisse, sicut aliis linguis factum videmus.

XVII.

XVII. Ut autem evincat Auctor, Masorethas, quibus hodiernæ lectionis originem tribuit, non antiquitatis exemplum, sed suæ ætatis consuetudinem respexisse, atque adeo optimam neglexisse, observat p. 180. Masorethicam illam pronunciationem duobus momentis, literis scilicet certo sono efferendis, & subintelligendis vocalibus, contineri. Utrinque eam a veteri regula abire ideo sibi persuadet, quia literas omnes pro consonantibus haberi volunt, quod admitti non posse putat, cum ridiculum sit, literas invenire per se sono vacuas, de iis vero signis non cogitare, quæ per se sonum habent, & reliquis conferunt, sensuque repræsentando, qui unicus linguae scopus est, in primis accommodatae. Vocales esse simpliciores literis, a simplicioribus vero inventionis fieri initium. Denique non deesse Hebræorum alphabeto vocales, nempe יְהָוָה, quas omnis antiquitas tales esse censuerit, & binis aliis פַּ וּ auxerit. Cum in extremo hoc argumento potissimum argumentationis robur positum sit, illius nervum primo loco incidendum esse existimamus, præcipue cum & alii ad illud se receperint. Constat enim quantum illi tribuerint *Morinus* uterque, alter *Joannes* in *Exercitatt. Biblicis* p. 517. tq. alter *Stephanus*, isque contento studio, in *Exercitatt. de lingua primæva Part III* p. 345. ut de ceteris non dicam. Sed nec illi quidem inter se consentiunt, aliis tres ut יְהָוָה, aliis quatuor יְהָוָה, aliis, & quidem per panicis, sex פְּחָדִים cum auctore nostro statuentibus, aliis denique, quod Druſius facit, literis יְהָוָה utramque consonanti scilicet & vocalium officium ac valorem vindicantibus. Nos quidem ut non negamus, tres illos יְהָוָה vocalium loco adhiberi interduin posse, ita facile ostendemus, apud veteres Hebræos nec illas, nec ceteras, easque multo minus, pro meritis vocalibus habitas fuisse. *Ovis* literas illas pro vocalibus habuerit, quas non solum a Masorethis, sed antiquioribus etiam Interpretibus, tam diversis sonis prolatas fuisse intelligit, ut pro significationis vocatione varietate omnium vocalium sonos sibi singulæ fere vindicent, ita, ut τὸ οὐ nec minus reliquæ nunc α, nunc ε, nunc ι exprimant. Quid, quæso, si hæc hypothesis obtineat, de illis sic vocibus, in quibus nulla harum literarum occurrit? Illæ sane vel pronunciationis jure excident, vel,

C 3

quod

quod dissentientes nunquam aut admittent, aut probabunt, aliquam earum postliminio emendicabunt, vel demonstrabunt, necesse esse, ut Hebræos veteres aliis mediis usos esse dicamus, quæ vocum pronunciationem adjuverint. Cetera afferre hic nihil attinet, quæ diligenter tractata sunt a Celeberrimo *Læscher* de Causis linguae Hebr. p. 296, sq. Adde Cl. Montfauconium Tomo II. Hexaplorum p. 397. dissertationis paulo ante citatæ.

XVIII. Hinc in promtu est judicare, Masorethas ab antiquitate non recessisse, quando præter literas, tanquam consonantes, vocalium signa singularia adhibuerunt. Ad cetera facilis est responsio, nempe cur non primum de vocalibus, tanquam simplioribus & magis necessariis inveniendis fuerint solliciti veteres Hebræi? Patet enim utriusque momenti inventionem (si non quod ad ipsa signa, saltem quod ad vim & valorem) ejusdem esse ætatis. Neque enim necesse est, ut vocales consonantibus miscantur, modo in universum non defint. Atque id quidem tantum abest, ut perfectioni Linguae Hebrææ fraudi sit, ut potius eam in majus evehat, cum hoc modo sollicite cautum sit, ne partes vocis alicujus essentiales cum iis, quæ ipsi accident, quæque diversas pariant significaciones, confunderentur. Cujus argumenti vim penitus perspecturi eramus, si nobis vel Hebrææ vel aliarum Orientis liguarum ratio magis esset explorata.

XIX. Similiter in consonantibus efferendis Masorethas ab antiquioribus discessisse probare instituit Noster p. 1803. ex eo, quod veteres literas בְּגָרְכֶּפֶת uno, non diverso modo, qui hodie ex Grammaticorum præceptis mos sit, pronunciarint, sicut & duplex וּ ignoraverint. Monuit idem speciatim de ה nunquam per P Latinum sed per Φ Græcorum efferendo Hieronymus tum alias, tum in commentario ad Jes. II. 5, P. literam sermo Hebraus non habet, sed pro eo Φ Græcorum utitur: atque ejus fide idem affirmat Drusius lib. III. Quæstion. Hebr. qv. 83. Nec existimaverim, hic in dubium vocandam esse Divi Patris peritiam, quam nonnulli hic suspectam reddiderunt, vindicante eam eruditissimo La Croze in Cl. Bernardi

Novis

Novis Literar. an. 1704. Tom. II. p. 286. cum idem constet ex usu
לָוּי LXX, Scriptorum Sacrorum Novi Foederis, Josepho item ac
Philoni, apud quos *Pharao*, *Bethphage* &c. per ph. legeris, quod ex
Grammaticorum legibus per P sine adspiratione efferendum erat.
Ponamus itaque illud P reliquasque literas similes non nisi sequi-
ori ætate duplici modo proferri cœpisse, num, quæso, hæc va-
rietas tanti est, ut totam pronunciationem suspectam reddere
possit? Sane ea tam exigua est, ut ne omnes quidem illas, quas
diximus, sed tantum ב, פ & צ afficiat, ceteris eundem omnino
sonum secum ferentibus, sive illæ lenius sive durius pronuncien-
tur: unde nec mirum veteres Interpretes eas diversis literis, quas
non habebant, non expressisse. Deinde res nondum ita confecta
est, quod isti sibi persvadent. Unde enim, quæso, natæ nobis
sunt voces *Pascha*, *Python*, *Paradisus*, quæ in Sacris tabulis Novi In-
strumenti leguntur, nisi litera ד a veteribus per P Latinum nec
semper per Φ Græcorum expressa fuisset credatur? Imo ipse Hiero-
nymus comment. in Daniel. XI. 35. monet, in voce אֶפְרַתִּי legi per
P Apedno. Confer Cl. Danzii Literatorem Hebræum p. 29. in no-
tis, & Buxtorfium de antiquitate Vocalium p. 225. sq. De ש largi-
or itidem, in LXX. Interpretibus non occurrere distinctionem,
sive illud cum puncto sinistri sive cum puncto dextri lateris
Codex Hebræus exhibeat, sicut Hebræum שְׁלֵמָה per Σολομων
illi quidem efferunt. Sed hanc distinctionem non ex Linguae He-
brææ indole, sed inopia literæ Græcæ, illi ex asse respondentis,
neglectam esse affirmo. Quamvis enim præstare non ausim לָוּי
שׁ, puncto lateris dextri notatum, eodem prorsus modo, ut hodie,
quo sch atque adeo compositam Græcorum literarum ς refert, pro-
nunciatum olim fuisse, aliquam tamen diversitatem observatam
esse, vel inde constat, quod Ephraimitæ Judic. XII. 6. ex loquela
neutram fuisse deprehensi, si לָוּי שׁ in שְׁבֹולָת in se æque leni-
ter ac ד quod hodie לָוּי שׁ simile est, pronunciari debuisset. Hinc
& observes, in Sacro Codice לָוּי שׁ cum ד hinc inde permutari,
quod לָוּי שׁ non accedit, luculento diversitatis argumento. Taceo
voces

voces bene multas, significatione diversissimas, quæ uno hoc signo distingvuntur, quod alteram earum ו alteram ו occupet. Confer *Jo. Buxtorfium* de antiquitate vocalium p. 234. sq.

XX. Quod in consonantibus non omnino successit Dissentienti, idem num felicius probatum sit ab eodem ratione vocalium, nunc videbimus. In his a veteribus eos discedere ait, quod nunc collocent eas ibi, ubi veteres omittant, nunc omittant, ubi isti collocent, nunc alias aliis substituant, id quod ex diversa lectione Nominum Propriorum colligi posse opinatur eo fortius, quo facilius illorum, frequentiori quippe usu tritorum, genuina pronunciatio conservari poterat. Huic argumento supra respondimus, inter cetera probantes a variis de causis Nomina Propria varie pronunciari potuisse & pronunciata esse, quemadmodum id ipsa illa ratio, quam pro se affert Noster, pro nobis evincit. Nihil enim frequentius est, quam ut vel prænomina vel cognomina, multorum ore frequentata, in omnibus linguis diversam formam induant. Exemplum cape ex indiculo Onomatologico, quem Bibliothecæ nostræ Hebrææ præfixum invenies. Quod si vero de eo quæratur, quænam pronunciatio utrum illa $\tau\omega\eta$ LXX an Masoretharum præferenda sit, nullus dubito, Nostrum pro priore pronunciaturum esse æque ac Steph. Morinum in Exercit. de Linguis p. 380, quem tamen ratio omnino in eo fugit, quod unum ex filiis Japheti minus recte in Hebræo $\tau\omega\eta$ appellari statuit, qui rectius ad exemplum Latinorum & Græcorum *Ion* vocandus videatur. Commodum enim accidit, ut Vener. Læscherus in Jone sive Originibus Græciæ restauratis p. 74. ostenderit *Suidæ* testimonio, veteres illos Græcos se a *Javane* hoc *Iaūyaç* vocitasse, atque adeo Masorethicæ illi pronunciationi præsidium afferre.

XXI. Non solum autem Nomina Propria, sed alias etiam voces diversimode pronunciatas fuisse, ita ut sensus etiam diversus inde redundaret, apparere Noster ait ex comparatis inter se Codice Hebræo, fragmentis quibusdam Græce expressis, *Ioñis LXX* item, Hieronymo, ut & Talmudistis. Sed hic tenendum est,

est, differentiam illam tantam non esse, aut tam frequentem, quam post *Cappellum* & *Morinum* contendit noster; deinde pendere eam non ex ipsius pronunciationis indole, sed ex diversis vocalibus, quæ literis a diversis sint substratae. Hanc autem diversitatem non a traditionis, si ex mente Dissentientis ea sola uti velimus, defectu, aut inconstante varietate, sed aliis causis pendere, quas in primis quod ad Interpretes **LXX** monstravit Buxtorfius contra Capellum in Anti-Critica p. 68. seq. Res enim potissimum redit ad **LXX**, qui vocantur, quippe quorum vestigiis & alii Interpretes & *Hieronymus* plerumque institerunt. Eorum vero versionem non Regiis auspiciis, nec publica quadam auctoritate, sed privato consilio, in ipsorum Judæorum Græcissantium usum, a privatis quibusdam hominibus, qui vel probatoris veriorisq; lectionis ignari, vel sufficiente industria destituti erant, diverso tempore elaboratam, deinde vero injuria temporum vitiatam aut interpolatam fuisse, pauci hodie sunt, qui rationibus, a Viris doctissimis, *Humfredo Hody* in luculenta commentatione de Textibus Originalibus V. & N. T. ac *Antonio van Dalen* in dissertat. super historia Aristæ adductis, evictum esse dubitent. Quod igitur illorum vitio contingere potuit, ut nunc destinato consilio, nunc ignorantes, antiquam lectionem desererent, id certe nec traditioni, nec hodie receptæ pronunciationi imputari jure potest. Talmudistarum a Masorethica lectione discrepantiam jactavit olim Cappellus lib. V. c. 12, sed ita, ut omnem illam confidenter inficiaretur *Jo. Buxtorfius* p. 809. Anti-Criticæ.

XXII. Denique urget Judæorum recentiorum tum a veteribus illis, tum inter se invicem dissensionem, quam nostræ sententiæ non obesse supra ostendimus. Hic vero monemus, dissentientem minus recte affirmare, Masorethas *Tō kameṭz* sonum vocalis o tribuisse, quod ex recentiorum pronunciatione a sonet. Quamvis enim prius illud in universum inficiari non ausim, cum Elias Levita in additamentis suis ad Mosis Kimchi שְׁבִילֵי הָרָעַת affirmet, Tiberienses illos *Tō kameṭz* subobscurè pronunciasse, sono ex a & o commixto, o tamen prævalente; posterius tamen experientiae

D.

rientiae repugnat, cum Judæi recentiores omnes, qui quidem in Germania aut Polonia commorantur, eandem pronunciandi rationem adhuc sequantur.

XXIII. Progreditur hinc Auctor p. 1809. ad hypothesin *Ter-tiam*, nihil scilicet quod ad intelligentiam Hebræi sermonis referre, sive ad veterum exemplum, sive nova ratione, pronuncietur, cum idem utrinque sensus conservetur, sicut Græca lingua omnino intelligatur, quamcunque rationem pronunciandi amplectaris. Principium hoc dum ponit auctor, eadem opera ipse totam methodum suam evertit, quando largitur, eam approbari non posse, nisi ipsius linguæ intelligentiam sartam tectamque relinquat. Hoc vero non fieri infra ex ipsius auctoris testimonio percipiems, ubi fatebitur, sensum Scripturæ per eam obscurum admodum & ambiguum reddi.

XXIV. *Quartum Principium* p. 1811. eo continetur, quod ad recte intelligendum Hebræum Codicem necesse sit in solis consonantibus, neglectis vocalibus, acquiescere, id quod & Catholicorum & Protestantium Interpretum, qui alicujus sint nominis, confessione confirmatur. Hoc principium nec olim se omnibus probasse, nec hodienum probare supra admonitum fuit; sicut & illi ipsi, qui alioquin vocalibus, ut novis, minus favent, a recepta tamen lectione non nisi urgente necessitate recedendum esse statuunt. Hujus consilii auctorem adduximus supra *Richardum Simonem*, cui nunc addimus *Steph. Morinum* in *Exercitat. de Lingua primæva* p. 438. *Difficillimum fuit*, inquit is, *ut omnes similiter aberrarent* (vocales scilicet literis substernentes) *neque unus alterum erroris argueret*, *solitis lectionibus assuetæ erant omnium aures*, *assueti etiam eorum oculi*, *itaque cum novis indicibus*, *nempe punctis exprimi cuperunt*, & *oculi & aures insuetam vocem illico notassent*, *præsertim cum existimat Judei*, *ingens præmium iis*, *qui minimum erratum e Codicibus Sacris emendant*, *esse reservatum*. Atque hinc per se collabuntur, quæ pro suffulciendo hoc principio Noster affert, puncta scilicet aliena esse, nec ad Sacram Scripturam pertinere; ex vocalibus non auctorum sacrorum sed Masoretarum mentem perspici, atque adeo si literæ sacrae

sacræ cum punctis legantur, legi Codicem non integrum & purum, sed Masoretharum commentario locupletatum, qui punctis suis sensus amplitudinem restringant, & coerceant. Hæc, inquam, Auctorem nihil juvant, qui, præterquam quod vocalium novitatem nondum extra dubium collocavit, probare insuper debebat, Masorethas vocales illas temere, non habita vel communis lectionis, vel contextus vel aliarum circumstantiarum ratione, literis subscriptissimæ, atque adeo genuinum sensum evertisse.

XXIV. Id vero durum omnino est, & invidiæ plenum, quod p. 1812. affirmat, Masorethas præjudicatis opinionibus abreptos loca quædam deliberato animo aliis, quam fieri debebat, vocalibus instruxisse ad fraudem Christianis hominibus faciendam, & errores suos palliandos. Ad fidem huic conjecturæ conciliandam afferet Jes. IX. 6. post Morinum p. 102. Exercitatt. cujus hæc sunt verba: *Nunc Judei ita legunt, ut unius vocula præva punctuatione hoc divinitatis Christi testimonium omnino depravent. Legunt enim יְהוָה vocabit, quo quinque epitheta priora ad Deum Patrem referuntur, postremum ad Mesiam: antiquissimi tamen interpretes, Aquila, Theodotion, & Symmachus יְהוָה passive legerunt וְיְהוָה.* Ante Morinum Guadagnolus, Scaliger & alii corruptelam quandam, a Judæis natam, agnoscere hic sibi visi sunt, ideo forte, quod intelligerent, Judæos recentiores ea lectione ad pravam interpretationem abuti. Id enim faciunt Lipmannus in *Nizzachon* p. 125. ut & R. Isaac fil. Abraham, Scriptor Karaeus, non Rabbanita, quod Judæi hodie sibi persuadent, in *חַזּוֹק אַמְנוֹנָה* p. 195. ed. Wagenseilianæ, quorum posterior castigare quoque audet Hieronymum qui verbum activum per fraudem in passivum detorserit. Sed is sane vel non recordatus est, vel ignoravit, Paraphraſtam Chaldæum Hieronymo viam hic exemplo suo munivisse, quod & Aquila homo Judæus instituit in Græca sua interpretatione. Et res sane salva est, neq; fraudis suspicio ulla vel in Christianos Interpretes a Judæis, vel a nobis in Judæos, conjici potest, nisi pluribus in locis, ubi tamen ea opus non erat, similem factam esse statuamus. Scripturæ enim

D 2

He-

Hebraicæ admodum familiare est, ut forma verbi activi ponatur eo in loco, ubi contextus passivum postulat: ubi tunc vel suppletur nominativus in versione, vel activum cum passivo simpliciter permutatur. Compara, si placet, Gen. XVI. 14. Mich. II. 4. & loca alia, quæ collegerunt B. Glasius in Grammatica Sacra p. 302. Jo. Vorstius in Philologia Sacra Part. II. p. 154. & Jo. Henr. Hottingerus in Thesauro Philolog. p. 172. & 198. Itaque יְהִי וַיָּקֹרֶא & vocabit, scilicet vocans quisque, idem inferet ratione analogias Hebraicæ, quod illaturum erat יְהִי נָקֹרֶא. Vide plura in hanc sententiam

apud Hackspanium ad Lipmannum p. 330. seq. Wagenseilium in Telis Igneis Satanæ p. 525. seq. & Aug. Pfeifferum in Dubiis Vexatis Centuria IV. Loco VIII. Itaque præter rem Codex Hebræus de vitio suspectus Nostro est hujus loci causa, neque magis idonei ad idem evincendum allati sunt ab aliis, quos ex nostratis allegant B. Jo. Gerhardus in Confess. Cathol lib. II. p. 79. Hackspanius de Usu librorum Rabbinic. p. 252. seq. ex Reformatiis Jo. Henr. Hottingerus in Thesauro Philolog. p. 123. & Brianus Waltonus in Apparatu ad Bibl. Polygl. Proleg. VII. § 2. ex Pontificiis vero Jo. Morinus in Exercitatt. Bibl. lib. I. c. 2. Exerc. I. qui quamvis tum alibi tum p. 589. Judæos corruptorum fontium postulandos esse neget, &, quas putat, corruptelas amanuensium incuriæ, aut fortuitis casibus tribuendos censeat, eadem tamen pagina contendit, Masorethas in locis ancipitibus eam elegisse lectionem, quæ Christianis minus faveret, quod Morini judicium Judæorum causam maximopere juvare videtur Rich. Simoni in Historia Critica V. T. lib. I. p. 93. Acerbus vero contra Judæos in hoc negotio disputatione Claud. Capellanus in Mari Rabinico Infido, libro Parisiis primum an. 1667. 12. seorsim edito, & deinde in Fasciculo X. Opuscul. Phlilogg. re-cuso, Paul Pezon in Antiquitate temporum restituta in primis cap. IV. ut de Claudio Frassenio in Disquisitionibus Biblicalis p. 329. seq. & aliis non dicam. Vicissim Judæos ab hoc crimine solide vindicarunt ex ipsis Pontificiis Rich. Simon in Histor. Crit. V. T. lib. II. c. 4. & in disquisitionibus Criticis de variis Scripturæ S. editionibus

bus cap. IX & X. & Simeon de Muis in Assertione Veritatis Hebr. passim; ex nostratibus vero Theodoricus Hackspanius cap. II. de Usu libb. Rabbin. Jo. Frischmuthus in dissert. ad Zach. XII. 10. & ex Anglis. Brian. Waltonus Proleg. VII. qui tamen infirmis argumentis usus esse videtur Rich. Simoni in Histor. Crit. V. T. lib. III. p. III. seq. Hac itaque suspicione a Judæis depulsa, non video, relictum esse quidquam, quod quartam illam Nostri hypothesin fulciat, Hebraicum scilicet contextum sine habito ad vocales respectu legendum esse.

XXV. Ita vero & quinta hypothesis, quam priori isti superstruit, corruere putanda est, Grammaticam nempe Hebræam, quæ ad sensum Scripturæ investigandum idonea esse debeat, ita adornandam esse, ut vocalium nulla habeatur ratio. Hoc ait vidisse & ursissle Lud. Capellum in *Critica Sacra*, opere ut putat, principiis Ecclesiæ Romanæ maxime accommodato, & a Triumviris præstantissimis ejusdem Ecclesiæ maximam partem in lucem prolatō. Quod itaque ille instituit sed tentare non ausus est, id se consecutum putat Auctor nova illa methodo, quam paulo post videbimus. Hic aperte satis prodit Auctor, idem se omni conatu suo moliri, quod Theologis Pontificiis, speciatim quoque Morino, commodum visum est ad labefactandam Codicis Hebræi auctoriatem & sensus evidentiam. Hoc enim Pontificiorum in procuranda Criticæ Capellianæ editione consilium fuisse aperte significat Jo. Morinus in epistola ad Card. Barberinum, quæ in *Antiquitatibus Ecclesiae Orientalis* legitur. Ibi enim p. 600. hæc profert: *heretici decem & amplius annis diligenter caverunt, ne liber iste (Critica Sacra) ederetur; diu Genevæ MS. hæsit, sed ut imprimeretur, obtinere non potuit, diu Sedani, diu Lugduni Batavorum: Sed repulsam, quam Genevæ passuserat, illis quoq[ue] locis, licet Lugduni editionem urgeret Salmasius, passus est: sentiebant scilicet Ministri, validissimum argumentum ac pene unicum, quo hactenus in Vulgatam usi fuerant, validissime subduci, hoc nempe; textus Hebreus est plane incorruptus, qualis a Mose & Prophetis est Spiritu S. dictante fusus.* Deinde p. 605. nominat tres, quos noster, Theologos tres præstantissimos appellans, procul dubio innuit, Dionys. Petavium, Marinum Mersennum, & se ipsum, quorum testimoniis adjutus Capellus

pellus Bibliopolam & privilegium in Bibliopolæ commodum invenierit, filio interim auctoris, Pontificiæ religioni addicto, operarum mendas purgante. Et vel sic tamen diu hæsitatum fuisse circa libri editionem ob nimium censoris rigorem in textum Hebraicum scribit eodem in libro Cardinalis Barberinus in epistola ad Morinum p. 596. Monent in hanc rem plura B. Jo. Frid. Mayerus in Biblioth. Biblica p. 107. Celeb. Val. Ernest. Læscherus de Causis Linguae Hebr. p. 177. Alexand. Morus in libro de Scriptura p. 69. Rich. Simon tum in Histor. Critica V. T. lib I. c. 1. tum in primis in Epistolis Selectis Tom. I. ep. 4. Cum vero Cappelli audacia ne ipsis quidem Pontificiis, quod ex purpurati Patris testimonio antea allato, & ex Simonis præf. ad Histor. Crit. V. T. patet, omni ex parte probata fuerit, non existimaverim, Nostro felicius consilia sua etiam apud suos cessurum, quippe qui longius, quam Cappellus unquam instituit, progredi audet. Neque enim Cappellus omnem vocalium usum quo ad sonum ex Hebraica civitate ejectum voluit, sed illas Judæorum præceptiones, quæ ad earum constitutionem mutationemque referuntur, nimis vel perplexas, vel incertas esse opinatus est. Quicquid vero tandem senserit Cappellus, cuius argumenta aliquin fere repetiit Noster, nihil nostra admodum refert, cum allatae hypotheses fortiora præsidia adhuc exspectent.

SECTIO II.

Ipsam Auctoris methodum exponens.



I.

Ideamus itaque nunc, num Auctor certiore & commodiorem, quam Cappellus quærebat, Hebraica enunciandi rationem invenerit. Eam is proponit p. 2002. ubi primum tabula exstat literarum Hebræarum figuram, nomina & vim seu pronunciationem docens

¶ Aleph

א	Aleph a breve.	ל	Lamed l.
ב	Beth b nunquam v.	מ	Mem m.
ג	Ghimel g semper ut in gall. guerre pronunciandum.	נ	Noum n.
ד	Daleth d.	ס	Samech s.
ה	He e breve.	ע	Ain a longum.
ו	Ovau ou, semper vocalis.	פ	Phe , φ Græcnm , nunquam P. Lat.
ז	Zain z.	צ	Tsade ts.
ח	Heth e longum.	ק	Kouph k ✕ Græcum.
ט	Teth t.	ר	Res r.
י	Jod i semper vocalis.	ש	Sin sf.
כ	Caph ch ut ✕ Græcum.	ת	Thau th. ♀ Græcum.

Agnoscit præterea cum veteribus, ut putat, vocales sex **אהויחת** ita, ut si duæ aut plures vocales se proxime excipient, eæ sigillatim efferantur, nec unquam in Diphthongum coalescant. Sic v. g. **ירחוּ** ex quatuor, **וּרְאֵי** ex tribus & **וְאַיִלְלָה** ex duabus syllabis constabit. Quo longius hæc pronunciatio abit a Masorethica, eo pro- prius eam ad antiquitatem accedere persvasis est Noster. Restat- ut, cum de vi literarum hoc pacto constet, de formatione Sylla- barum & vocum itidem dispiciatur. Eam ideo difficiliorē reddi putat Noster, quod Hebræi non omnes vocales scribendo expre- ferint ad exemplum Græcorum & Latinorum, sed nunc quidem illas consonis miscuerint, nunc vero, idque sæpius, minimum qua- tuor illas **אהויחת** omiserint; sicut non desint voces, duabus tribus aut quatuor syllabis constantes, quæ meritis consonis constituantur. Cum vero nec syllaba ulla, nec vox, sine vocali efferri possit, de- finiendum fuerit, quo in loco & quæ vocales supplendæ videan- tur. Prius illud una regula conficit: *Quotiescumque duas consonan- tes se proxime in eadem voce excipiunt, toties vocalem suppleri necesse est,* v. c. in voce **כָּל** & **מֶלֶךְ**. Posterius itidem una præceptione com- prehendit p. 2006. *Inter duas consonantes interferenda est vocalis artifi- cialis prioris consonantis.* Vocalem articialem vocat auctor, quæ con- sonam sequitur & in denominatione ejus artificiali, simul pro- nunciatur. Sic v. c. **בְּ**beth in denominatione artificiali, sibi junctum habet *e*, quæ proinde vocalis artificialis erit **בְּ**, sicut **בְּ** **גְּ** erit *i*,

78 ¶ & sic de ceteris. Ita vox פָלֶשׁת vi harum præceptionum
legetur phelasith, גְּרָלִים ghidalim. Speciminis loco Auctor lectio-
nem primorum Codicis Sacri commatum ita instituit p. 2008.
Berassith bera Aleim ath es simim ouath * carets, ou caretz eithe theou ou beou,
ouesich al pheni theou: eurose Aleim merepheth al pheni emim: ouiamer
Aleim, iei aour, ouiei aour. Ouira Aleim ath caour chi toub ouibedal Aleim,
bin caour oubin cesich: ouikoura Aleim laour joun, ou lesich koura lile.
Ouiei areb, ouiei bekour ioum aed.

II. Hanc pronunciandi rationem & tutorem & commodiorem
esse Masorethica illa contendit auctor p. 2008; tutorem, eo quod
textum authenticum talem sistit, qualis est, sine sensus immutati
suspicio, qui in Masorethicam, quam vocat, punctuationem ca-
dit, cum illa voces ad alterum sensum magis, quam ad alterum in-
flectens & adstringens Lectorem dubium relinquat, utrum sensus
hoc modo determinatus genuinam Scriptoris mentem sistat, an
minus. Atque hunc defectum a recepta methodo amoveri posse
negat Auctor. Quod si enim Masorethica punctatio cum alia, sed
principiis Masorethicis accommodata, permutteretur, vel sic eidem
dubitacioni relinquere locum, cum & nova illa punctatio ab homine,
errori obnoxio, profiscatur. Novam vero illam sensum ne per
umbram quidem interpolare substitutis vocalibus, quæ quam-
vis humano ingenio debeantur, sensui tamen fraudi esse non pos-
sint. Cumque puncta Masorethica certi aliquid significant, sen-
sum vocum coerceant, certis modis affiant; nihil tale in nova
methodo observari, in qua sensus tantum a characteribus pendeat,
qui, ubi res in medio relinquatur, contextum locorum & auctori-
tatem veterum versionum, earum speciatim, quæ ab Ecclesia re-
ceptæ sint, in subsidium admittant.

III. Sicut itaque hanc methodum tutorem seu certiorem credi
debere putat, ita commodiorem pronunciare eandem non dubitat
p. 2011. cum unica regula lectionem omnium Orientis linguarum
sine vocalibus feliciter instituendam intra quartam horæ partem
doceat,

* Ita omnino exodium est, sed per vitium typographi, ut puto, cum secundum principia auctoris
legi debeat caretz, sicut pro caour itidem legendum est eaour.

doceat, quod ex principiis Masoretharum non nisi longo & continuo usu addiscas, & vel sic balbutiendo hinc inde titubes. Quæ qui consideret, eum haud difficilem fore putat in admittenda ejusmodi Grammatica, quæ huic hebraice legendi rationi innitatur, in primis cum non differat a ceteris Grammaticis, nisi in iis, quæ ad vocales & earum consectaria pertinent. Unde sponte sua consequi putat, nihil referre, qua quis Grammatica utatur dummodo illæ tantum regulæ retineantur, quæ ad literas spectant; neque necesse admodum esse, novam cudere, qua tamen opera ipse jam sit perfunctus. Denique ut hæ prærogativæ eo magis constent, in unum quasi fasciculum confert commoda, quæ ex nova, & incommoda, quæ ex communi & antiquiori illa Hebr. L. tractatione in tirones redundant. Hanc enim p. 2013. seq. minutiis & ineptiis nihil profuturis scatere opinatur, inter quas numerat plusquam dimidiam regularum partem, quæ tot pateant exceptionibus, ut in applicatione facienda usus vix conspiciatur. Nihil itidem vel quinque vocales, vel *scheva mutum* sive *immobile*, vel *daghesch lene*, vel lineolam *raphe*, vel insignem illam accentuum nubem, vel diversam illam vocum pronunciationem prodesse. Eadem, ipsius judicio, fraudi est intellectui, quippe quem nugis pasci svadeat, difficultatibus Grammaticis impeditum: Difficilem quoque linguam ipsam reddit, ut plerique, magno labore devorato, vix a carceribus prodiisse se tunc in primis intelligent, ubi de Codice Sacro, sine vocalibus legendō, agatur. Quæ quidem res efficiat, ut bene multi ad hæc sacra accedere vix audeant. Vicissim vero novam illam methodum, &, quæ illam præstruit, Grammaticam brevem esse, facilem, supervacuis destitutam, antiquis versionibus proficuam, cum Græcam æque ac Vulgatam versionem nihil magis a contextu Hebræo distinguat, quam punctatio Masorethica: omnibus Orientis linguis accommodatam & talem denique, qualem præstantissimi quique Critici, nominatim Cappellus, desiderarint. Denique p. 2019. non præclarus, quam par erat, de sua hæc hypothesi judicaturus sibi videtur, si eam pro invento maximi momenti habeat, ex quo ad nostram ætatem non parva gloria accefferit.

IV. Quamvis igitur vix necesse videatur, contra ipsam hanc
E metho-

methodum denuo disputare, postquam & hypotheses, quibus ea superstruitur, eversæ, & potiora, quæ eam premunt, difficultatum momenta jam occupata sunt; nihilominus tamen aliqua adhuc monemus. Primo belle admodum sibi constabunt Hebræi, qui vocales literis immiscuerunt ad exemplum Græcorum, quibus tamen contra horum morem sæpiissime non erant usuri, in vocibus etiam longioribus, ubi iis in primis opus erat. Quæ, quæso, hujus instituti causa dari potest, nisi ea, quod istæ literæ, quas pro vocalibus habet Noster, non sint inventæ, ut vocalium usum præstarent, sed præter rationes linguæ a recentioribus ibi adhibitæ fuerint, ubi necessitas amovendæ æquivationis postulabat. Qui etiam factum est, ut non cogitarent devocali & exprimenda, cujus inter vocales, ab Auctore venditatas, nullum exstat vestigium? Nam τὸν haberi vult pro vocali η, quam ab Gallicam pronunciationem per ον exprimit. Deinde observamus, auctorem in sua legendi ratione id sibi sumere, quod Masorethicæ maximopere vitio vertit p. 2014. exprobrando illi duplarem vel triplicem notam, eidem vocali assignatam. Ipsene igitur sui est oblitus, qui itidem binas vocales duobus diversis signis exprimit, & breve per Ν, & longum per Υ, & breve per Π, & longum per Η efferens, hinc ad exemplum Ηγ - & - hinc ad modum .. & . Quod idem τὸν Π & Υ inter vocales refert, id temere fieri ex iis appareat, quæ supra §. XX. allata sunt. Græcisane Interpretes τὸν περ ς Græcum, auctore Hieronymo in comment. ad Jerem. XIX. 2. & com monstrante nomine proprio Cham, Aquila vero & alii in primis sub initium dictionum per vocalem non unam v. c. & quam noster vult, sed omnes omnino, easque spiritu denso notatas indicabant. Quod argumento omnino est, ex eorum sententia aspirationem fortiore huic literæ non autem vocalis vim propriam fuisse. Confer omnino Cl. Montfauconii dissertationem Tomo II. Hexaplorum Origenis p. 395. Neque id prætermittendum est, in media quoque voce τὸν π per ς prolatum fuisse, quod fecit nominatim Symmachus, qui Jes. XIII. 21. τὸν ΔΠΝ legit ὀχείμ. Non minus de Υ aliter statuerunt veteres, & in primis οι LXX. qui nunc consonæ, v. c. γ Græci, nunc vocalis, frequentissime quidem & interdum etiam & vices tueri jubent, nunc vero prorsus negligunt, duriori forte pronunciatione impediti.

pediti. Quis vero hoc fieri potuisse crediderit, si inter vocales numerata fuisset? Lege hanc in rem Cl. Montfauconum l. c. p. 396. & adde Celeb. Læscheri commentar. de Causis Linguæ Hebr. p. 246, ac doctissimi Jo. Andr. Danzii Literatorem Hebr. p. 6. Hinc intelligitur, frustra Auctorem provocare ad consensum antiquitatis in constituendis vocalibus, qui non magis quoque ipsi constat in pronunciatione aliarum quarundam literarum, quod ostensuri eramus, nisi de antiquitatis exemplo parum sollicitum se esse hinc inde profiteretur. Quo ipso tamen secum pugnat, qui nunc veterum exemplum ostentat, ubi cum aliqua, interdum admodum exigua, veri specie fieri id potest, nunc superbe contemnit & fastidit, ubi non æque est in promtu. Miror itaque maximopere, Nostrum tam confidenter de convenientia pronunciationis suæ cum antiqua illa persuasum esse, quem & fragmenta veterum versionum Hebraica, Græcis literis expressa, & nomina propria, & linguae Orientis cognatae, quæ ut voces ipsas, ita pronunciationem earum, receptæ similem, ab Hebræa acceptam, sæpe referunt, & aliæ quoque linguae, aliud docere poterant.

V. Sed quoniam de hac re non multum laborat Auctor, quod certe negligi non debebat, dispiciendum fuerit, num id saltē obtineat, quod in primis quærerit, *tutio*rem scilicet seu certiorem & *commodior*em pronunciandi rationem. *Tutio*rem seu certiorem dare se putat, quod textum authenticum talem sistat, qualis est a Scriptoribus sacris profectus. Hic vero habet, quod probet Auctor; imo tale hoc est, quod ex ipsis ejus principiis confutatur. Hebræos vocales non semper addidisse literis ipse largitur p. 2005. sed supplevisse in pronunciatione; has autem eodem modo supplevisse, quo ipse fieri id vult, præstare non audet, sed potius p. 2154. concedit, hypothesis in hanc suam falsam esse & precario assumi, ex qua tamen vera deduci possint. Ergo aut legi prohibebit contextum, aut ipsa sua legendi ratione occasionem dabit lectori, contextum additis pro lubitu vocalibus immutandi. Quæ certe mutatio hoc major erit, quo magis ex tota linguae Hebraicæ ratione constat, intellectionem vocationum phrasiumque a diversa vocalium constitutione pependisse, nisi talem illam venditare velimus, quæ a legente, nedum audiente, intelligi nullo modo potuerit. Hoc autem qui dixerit, simul affirmarit, Hebræos

cum ratione insaniisse, qui lingua usi sint, Linguae usum non præstante. Diversam enim vocalium rationem voces Hebræas diversis subjecere notionibus nemo negaverit, qui vocem **מלך**, רַבָּן & alias plures alia atque alia significatione gaudere non ignorat. Ipsa verba per vocales ad diversas conjugationes, indeq; addiversos significatus reduci, piel & pual evincunt, quæ sine vocalibus nec a se invicem, nec a Kal distinguiri possunt. Quam difficultatem adeo non negat auctor, aut e medio tollit p. 2168. ut satius putet, binas illas conjugationes tanquam Masoretharum inventum in exilium mittere, & bene constitutas Grammaticæ rationes conturbare. Itaque nova illa legendi ratio minime *tuta* aut *certa* erit, quæ ex lingua facit non linguam, eamque optimo præsidio privat in verborum sensum penetrandi, non substituto meliori. Ponamus enim veteres hoc vel simili modo inter se hebraice collocutos esse, putasne Oedipo opus non fuisse, sine quo vix unica periodus intelligeretur?

VI. Taceo, omnem hanc ratiocinationem inniti hypothesi supra rejectæ, vocales demum a Masorethis ad Codicem Sacrum accessisse. Sed admittamus eam tantisper, ut vel sic lubrica Auctoris fundamenta destruamus. Nonne enim præstat, aliquem habere sensum, quam nullum? Jam vero ex nova illa lectione periodi tantum non omnes, sub primam lectionem nullum fundent sensum, quem examen sapienter repetitum ægre tandem illis conciliabit. Sed præjudicium tamen sic creari Lectori criminatur Noster, sensu per vocales jam definito. Quid si hoc præjudicium proficuum dixerim? Quid si existimem, legentis animum facilius ab hoc præjudicio, si tale satis audacter statuatur, avocari posse, quam tot difficultatibus & æquivocationibus, quæ novam & musteam illam legendi methodum onerant, se expedire? Nonne etiam sic relinquetur subsidium contextus & auctoritas veterum versionum, si quis ex rivulis fonte in limpidum reddere, & Solis cursum ad horologia emendare præclarum & consultum putet? Itane vero punctatio Masorethica (loquor ex hypothesi Auctoris) per mille & amplius annos continuata, tam exiguo loco habebitur, ut in gratiam Vulgatae versionis (huc enim tendit Auctor) plurium hominum manus emendantis passa, pluresq; adhuc exspectans, prorsus convellatur? Tutiorem itaque hanc methodum non crediderim, donec certioribus argumentis mihi constet, per eam nec addi quidquam contextui, quod certe fit, conciliata illi inevitabili obscuritate, sonoque alieno, nec demi, quod fieri ostendi sublati notis diacriticis, quibus uti veteres omnino debuerunt, nisi locutos eos esse dicamus, ut locuti viderentur, aut scripsisse, ut crucem figerent lecturis.

VII. Nec *commodior* faciliter erit hæc legendi ratio, si recte æstimetur. Si enim nuda lectio spectatur, quatenus per consonantes & subscriptas vocales institui solet, æque facile ex principiis hodie receptis addisci poterit, si teneatur

tur figura & vis vocalium, quam ex præceptionibus illis novis. Imo vero vocalium figura & valor facilius memoria comprehendetur, & in lectione applicabitur, quam sonus artificialis singularum consonantium, qui scribendo nunquam exprimitur, efferetur. Egregie vero rationibus suis consuluit Auctor, qui id, quod lectionem Hebr. Linguæ in primis difficultem reddit, vel dissimulavit, vel oblitus est. Neque enim quidquam de tono vocis, ejusque sede monuit, in quo tamen negotio variae Grammaticorum regulæ occupantur. Quod si vero de lectione sine vocalibus instituenda sermo sit, non negaverim, majori conatu opus esse, sed tamen non tanto, quantus a Nostro venditatur. Eam vero qui ex receptis principiis calleat, is non tam leget contextum, quam & rectius & facilis eundem intelligendo assequetur, quod alias, novam methodum adhibens, nunquam, etiamsi longus usus accederit, tam facile præstabit. Cum vero lectio intellectio causa suscipiatur, cordatorum esto judicium, præstetne illi longius temporis spatiū impendere, ut ipsam sermonis interpretationem lucremur, quam in ea obiter versari, & hanc vel amittere, vel difficultatibus ægre superandis involvere. Qui ita rationes suas institueret, næ is idem agere mihi videretur, quam si quis ex hodiernis Græcæ linguæ Grammaticis exulare jubaret accentus, omnesque de iis regulas, ideo quod eas veteribus ignotas fuisse & Linguæ cognitionem difficiliorem reddere existimet. Hunc autem consequerum id putem, ut nec Linguam ipsam satis expedite addisceret, nec ab aliis perciperetur. Interim non prætermittendum est, lectionem Hebr. Linguæ, sine vocalibus instituendam, tam difficultem non esse, ac plerisque videtur, modo illa non tam ex copiosis tædiisque plenis regulis, quam ipso linguæ usu addiscatur. De Grammatica, quam his principiis se superstruxisse scribit Auctor, judicium non feremus, quamvis vel inde patere possit, quam mutila ad Linguam intelligendam futura sit, cum ea vix opus esse existimet, & Grammaticam quamcunque adhiberi posse censeat, modo regulæ de vocalibus & earum mutatione abjiciantur. Sic enim tota Grammatica paradigmatisbus aliquot & una forte pagella constabit.

VIII. Quas Vir doctus hicin cumulum confert criminationes, eas a Linguæ Hebræa alii jampridem depulerunt, inter quos legi in primis fvaserim Celeb. Læscherum in opere jam sæpe laudato, & Jac. Gussetum in dissertatione singulari, quam commentario Linguæ Hebr. præmissit, nec non Jo. Braunii Selecta Sacra p. 637. seq. Minutias & ineptias multas illi in Grammatica Hebr. observari non miror, quem videam tralatitia admodum Linguæ Hebr. cognitione contentum esse, ne forte obscuritati & æquivocationi materia desit. Cordatores alioquin sine his minutis linguarum sacra non magis constare posse existimabunt, quam augusta ædifica extrui, sine multo & diffici apparatu,

qui paulo post a structura removetur. Operosius esse Linguæ Hebr. studium non nego, si statim in limine copiosis Grammaticorum regulis non minus memoriae vis, quam intellectus acies obtundatur, proficiendique studium enecetur, quod certe caveri potest, si lingua ex lingua & ejus usu addiscatur, regulis sensim per exempla frequentia magis quam nudam præceptionem instillatis. Hac methodo si utamur, Linguam Sanctam longe minorem putem requirere diligentiam, quam qua Græcæ & Latinæ cognitio qualiscunque constare ut plurimum solet. Sicut igitur vitia hæc, quæ receptæ methodo exprobrantur, non hærent, nisi in quantum virtutum seu prærogativarum loco haberi possunt; ita novam non commendant commoda illa, quæ vel præter rationem ipsi vindicantur, vel majora incommoda secum ferrunt. Est enim brevis, sed linguam facit obscuram: est facilis, sed linguæ exhaurienda non sufficit: est etiam supervacuis quibusdam forte destituta, at necessariis pluribus caret: antiquis versionibus, Græcæ in primis ac Vulgatae versioni consulit, id est, excusat eas quodammodo, sed corruptelas earum non tollit, imo vero in plurimum animos cum quadam veri specie insinuat: omnibus Orientis linguis accommodata est, sed apud eum, qui non magis ceteras, quam Hebræam penitus perspectam habere cupit. *Cappellus* sane dum certiorum commodioremque Hebraica tractandi rationem dari optavit, talem, qualis hæc est, amplexurus meo iudicio non erat, qui linguam volebat, non linguæ simulacrum. Nescio igitur, num causa sit, cur tam præclare de invento hoc suo sentiat, ut inter præstantiora sæculi nostri numerandum putet.

SECTIO III.

Vindicias examinans.

I.

Hinc tamen factum est, ut illud Auctor ab exceptionibus nonnullis vindicare conatus sit p. 2154. sq. quam ejus operam ultimo loco brevi examini, quod Nostræ rationes nunc largiuntur, subjiciemus. Excipi ait primo loco, hypothesin istam esse falsam, & respondet, id sibi quoq; videri, sed urgeri contra se non posse, cum nec dissentientes præstare possint, se proprius ad veterum pronunciationem accedere. Enim vero posterius supra hinc inde démonstratum esse non dubito. Addit idem, hypothesin falsam saepius inservire eliciendæ veritati. Id ut nonnunquam accidit, ita semper, in primis autem in linguis, fieri aut exspectari posse ne ipse quidem auctor affirmaverit. Monet præterea, de genuina & vera linguarum pronunciatione non adeo curate laborandum esse, quod Græcæ linguæ exemplo constet. Imo vero, si tantum ageretur de eo, quomodo vel *v* vel *y* vel *n* pronunciandum sit, sicut Græce loquentes in efferendis vocali, aut diphongis *ai* & *ei* &c. dissentiant, poteramus omnem hanc curam abjicere, cum illa dissensio intelligenter sit.

tiæ linguæ fraudi non sit. Dum autem hac nova methodo in ipsam linguæ naturam ita involatur, ut animo quasi privatum & optimo intelligendi præsidio destitutum se sentiat, aliud judicium formandum esse nemo non videt. Nec juvat Auctoris causam, quod veteres ibidem supplerint vocales, quæ si non eadem fuerint, quas nova methodus substituit, sensum tamen Scriptori non contrarium menti objiciant. Aliis omnino vocalibus veteres instruxisse literas supra ostensum est, & vel ex voce ^{רַבְגָּד} constitit, nec minus demonstratum est, per novam illam methodum vocibus sensum tantæ amplitudinis tribui, qui tandem in nullum desinat. Ne autem prorsus sine exemplo ita legere videatur, provocat ad Latinos veteres, qui interdum in vocibus per compendium scribendis omiserint vocales eas, quæ in proxime antecedenti litera jam latebant, v. c. *Krtago pro Kartago, Jugrum pro Jagerum.* Sed facile patet, id primo rarissime factum, ac proinde nec rectæ lectioni, nec intelligentiæ obfuisse. Tum vero a Latina lingua ad Hebræam, ab Occidente ad Orientem argumentari non licet. Exemplo opus erat ab ipsis Hebræis, vel aliis Orientis populis petitio, quod frustra requiretur. Denique constare Auctori debebat, se ipsas Hebræorum consonas ad morem veterum efferre, atque adeo veros sonos artificiales, quos vocat, literis subjicere; de quo eum certum esse non crediderim.

II. Id quoq; objici sibi posse ait p. 2156. quod insignis confusio in Linguam Hebræam redundatura sit, cum & numeri, & genera & personæ & motiones, & tempora, & voces, & conjugationes & radices ipsæ cognosci & distingui a se invicem nequeant, atque adeo nullus Scripturæ locus intelligi recte possit. Regerit Auctor p. 2157. omnia hæc incommoda non ex methodo hac sua, sed ex lingua ipsa, in se confusa, æquivoca & obscura repetenda esse. Itaque Noster minus idoneum doctorem se præstabit, qui confusa non distinguit pro viribus, æquivocis autem terminos, & obscuris lucem afferet, sed destinato consilio hæc omnia in ipsius, ut putat, linguæ gratiam augebit. Insuperabiles enim hinc & dissentibus & provectionibus nasci difficultates quis est, qui negare ausit? Talem autem linguam hanc nec fuisse olim, nec esse nunc debere inde existimandum est, quia vel hæc vel similis pronunciandi ratio omnem linguæ usum sustulisset. *Scire enim velim*, quod recte in alia occasione querit *Isaacus Vossius* in *Respons. ad Objectiones nuperæ Criticæ Sacrae* p. 152. *qua ratione colloqui & se mutuo intelligere olim veteres Hebrei potuerint?* Et sane Linguam, qualis hodie datur, non tam dubiam, incertam aut æquivocam esse, quam ab Hebraismi osoribus venditatur, contra *Rich. Simonem* in *Histor. Crit. V. T. lib. I. c. 19.* & *lib. III. c. 3.* ostendit *Celeb. Jo. Henr. Majus* in *dissertationibus Sacris.* Confer *Pauli Bergeri* *dissert. de Antiphraſi Sacrae Scripturæ Witteb.* 1702. habitam & summe Rev. *Valent. Ernesti Lüscheri* *Commentar. de Causis Linguae Hebr.* p. 132. sq. Nostri vero Auctoris judicium hic non audietur, qui Linguam Hebr. qualis hodie

in

In Sacro Codice exstat, se fatetur ignorare. Sed pereat Lingua Hebræa, modo antiquis versionibus & in primis Vulgatae constare possit fides & auctoritas, modo præcipuum illud Protestantium principium, Scripturam Sacram perspicuam & sufficientem esse uno quasi ictu evertatur. Hæc enim commoda priora illa incommoda solari & resarcire quasi, non sine lætitia profitetur Noster p. 2158. Atque hic demum animi sui sententiam denudasse mihi videtur, & aperuisse consilium, quod novas has rationes ingredi & commendare aliis coegit. Enimvero non satis sibi prospexit Auctor, qui hac ratione hæreticis, quos vocat, novam fecit occasionem Codicem Hebræum, qui nunc facile, quem volueris, sensum admittit, ad suam sententiam etiam per vim accommodandi, nisi sponte sua in ipsorum partes discederet? Sed amoliri tamen æquivocationem & obscuritatem banc conatur Auctor, recurrentum svadens tum ad contextum tum ad judicij facultatem. Nec negaverim ego, præsidia hæc aliquando negotio huic perficiendo suffectura, sed frequentissime deficient, in primis ubi non tam ingenium aliquis (id enim hic vim suam magis quam judicium exsert) quam solidas rationes desideraverit ad loci obscurioris sensum vindicandum.

III. Tertio loco obverti posse censem, hac methodo recepta, Hebraizantes se invicem non amplius intellecturos, Nomina Propria ab appellativis ægre & difficulter distingui, voces Hebraicas, in libris forte Latinis literis expressas, incognitas fore, nec cum Judæo ullo disputationem institui posse. Cumq; Auctor incommoda hæc, si secundum excepis, omnia admittat, sed pro exiguis & levioris momenti habeat, & aliqua saltem ex parte etiam caveri posse existimet; necesse non est, ut in cludendis responsionibus ejus occupemur, quæ eo potissimum tendunt, ut defectus illi eleventur. Eos vero certissime persuasus sum, non leves visum iri aliis, qui recogitabunt, scripta illa omnia, quæ huc dum ad Linguam, Philologiam & Antiquitates Hebræorum illuſtrandas magno numero, nec exigua opera edita sunt, nullius fore usus, illis scilicet principiis innixa, quæ a recenti methodo una litura deleta sunt, adeoque ab ignaris vel supinis contemtoribus intelligi non possunt. Neque tantum, credo, invento huic suo tribuet auctor, ut existimet, aut eos, qui Hebraismi ex receptis principiis gnatissunt, inducta sponte oblivione, nova ista amplexuros, aut ejus ignaros in universum omnes hanc didacticam antiquiori prælaturos. Ex quo conficitur, Hebræam Linguam dupli modo in posterum tractandam esse si & ingenio nostro indulgere, & veterum tamen inventis uti, & cum aliis, adhuc viventibus, versari velimus. Atque id fieri vult Auctor p. 2164. ab iis, quibus cum Judæis disputandum sit; nec proinde minus illis commendari debet, qui cum Christianis, Judaica scilicet principia tenentibus, in negotio Hebraico sententias conferre velint. Atque hunc laborem illi, qui novis præceptionibus sit innutritus, haud difficilem fore statuit eadem pagina, quod ideo

ad

admonendum putavi, ut sic ipsius Auctoris testimonio pateat, difficultates illas, quas insuperabiles Hebraismo Masorethico objecerat, magna ex parte exspirasse.

IV. Ultimo loco exceptionem profert p. 2164 quam ceteras omnes supereunte & non leve momentum trahere agnoscit. Dixerit enim aliquis, novas ejusmodi methodos, in libris lectas, saepissime oculos quadam veri specie perstrinxisse, quae, ad usum delatae, hiantes & vana exspectatione delusos, paulo post destituerint. Suo igitur exemplo methodo hanc probaturus, a principio rem repetit, & quomodo principiis suis nixus, faciliter opera Codicem Hebreum perlegerit & que ac intellexerit, ediscerit. In lectione feliciter sibi negotium successisse ait, nec minus in vocibus indeclinabilibus intelligendis, quarum significatio ex dictionariis Hebraicis, si vel maxime puncta omittantur, facile percipiatur. Sic & in vocibus, quae conjugationis aut flexionis beneficio varias assumere formas possunt, genera, numeros & casus nominum, in verbis autem tempora, personas & conjugationes solo literarum beneficio distingui a se potuisse ait, si excepéris pie & nūl, quae conjugationes sine punctis nec a se invicem nec a Kal separari posse fatetur. Exiguo, ut putat, incommodo, cum illæ conjugationes Masoretharum tantum ingenio tribuendæ e civitate Judaica exsulare possint & debeant. Nec defuisse alias vocum formas imo & voces quasdam ambiguas largitur, sine vocalibus non assequendas, quarum vices tamen sermonis contextus suppleverit, ut ita præmunitus interpretationem capitum quorundam feliciter tentarit, totumq; Codicem Sacrum evolverit.

V. Recte hic primum agnoseit Vir doctus, novis illis methodis plerumq; parum profici; aliud autem de sua hac statuendum esse non persvasit. De lectiōneq; uidem nolo nunc movere dubium, quod tanto majus in intelligentiam cadit. Nec sufficit provocatio ad proprium exemplum, cum non una sit omnium discentium literasque tractantium ratio & indoles. Auctor ingenio, & speciatim vi imaginandi, valet; ipse est inventi hujus Auctor, quod ut labore forte constituit, ita nulli, credo, operæ pepercit, ut illius veritatem & præstantiam sibi ipse persvaderet. Aliorum forte vel non idem est ingenium, vel non adeo interest, ut methodus hæc pro vera habeatur, quos veri fit simile magis hic labratores esse. Et quis scit, quantus labor ipsi devorandus fuerit in Bibliis Hebraicis secundum hujus methodi leges interpretandis? quis præstabat, eum majorem non fuisse, quam quem communis methodus postularet? Auctor tribus vicibus Hebraica ex recepta consuetudine tractare adgressus est, quod p. 2165. scribit: nihil ne ex illis principiis ipsi hæserit, quod linguae hujus tractationem ipsi etiam nescienti faciliorem redderet? Nonne forte idem ipsi usu venit, quod aliis frequenter accidit, ut senes eam artem derideant, quam juvenes didicerunt, suo se ingenio id debere existimantes, quod revera primæ institutioni

F

tioni acceptum erat ferendum? Denique pace ejus dubitamus, quam recte, quam certo intelligat Hebraismum, quam ita didicit, quem idoneas possit afferre iinterpretationis suæ causas? Dum enim ad literas, ad Dictionaria & ad versiones omnia revocat, videor mihi videre Auctorem, dum in obscuro aliquo loco hæret, evolventem Lexicon, varias verbi alicujus significationes cumulantem, hinc comparantem cum ceteris commatis vocibus, & vel sic dubium, ad Vulgatam (quam in primis supra commendavit) tandem recurrentem, eamque interpretationem arripien tem, quam illa præiverit, vel quæ ingenii beneficio cum ea conciliari possit. Id enim certissime persvasus sum, non allatum iri argumenta domestica, & ex linguae visceribus petita, sed nunc ad contextum, qui interdum sufficit, nunc ad verisimilitudinem, nunc ad aliarum versionum exemplum provocatum iri. Formas verborum diversas, tempora item & conjugationes solo literarum beneficio cognosci & distingui non posse is fatebitur, qui meminerit, in verbis anomalis literas conjugationum & temporum characteristicas frequentissime omitti solere. Quod ipsum in regularibus quoque verbis accidit, ubi de Futuro Niphal a futuro Kal distinguendo agitur. Quomodo enim **הַיְלָה** futurum Kal ab **הַיְלָה** futuro Niphal, quomodo **דִּבֶּרְךָ** ab **דִּבֶּרְךָ** quomodo **בְּנֵךְ** ab **בְּנֵךְ** vocalibus & daghesch fortis non adhibitis distinguet? Ex quo simul patet, difficultatem hujus rei omnem non verti in sola distinctione **יְלָה** Piel & Püal vel a se invicem, vel a conjugatione Kal, atque adeo auctorem plures vel conjugationes vel tempora proscribere debere. Satis autem audacem eum esse oportet, nisi impudentem dicere malis, qui conjugationibus binis carere Linguam posse existimet, quæ non minoribus aut paucioribus argumentis se vindicant, quam ceteræ omnes Niphal, Hippil, Hophal & Hitphael. Cur enim, quæso te has admittit auctor p. 2168. nonne ideo, quod satis perspexit, ex diversitate conjugationum diversas significationes pendere? Num autem negaverit, conjugationem Piel & Püal diversos a Kal significatus inferre? Id certe non tam Grammatici, quos fastidit, quam Lexicographi, quos admittit, clamant; id vehementer ipsa lingua credi cupit, quæ eidem verbo, iisdem literis exarato, nunc activam nunc passivam significationem tribuit. Credideritne vero quisquam, veteres, in pronunciando, hæc notis quibusdam non distinxisse, ut qro mero Masoretharum invento signa hæc diacritica habeantur? Imo, quod plus valet, dum Hitphael admittit Auctor, causam simul **יְלָה** Piel agit, cuius forma ad prioris rationem proxime accedit. Neque hic regeri potest, quod alias facit auctor p. 2158. has diversas vocum formas eodem modo a gñaris novæ methodi distingui posse, quo utantur illi, qui Codicem Sacrum ex principiis Masoreticis sine vocalibus legunt. Enimvero alia hic omnino est ratio: nam qui secundum principia Masorethica i. e. ipsius lingue legit, is perspecta habet diversarum formarum fundamenta, & significatus

tus inde pendentes: novit etiam tot & non plura formarum genera atque adeo significatus dari, ex quibus illud eliget, quod & contextui & ipsius linguae rationi structuræque maxime conveniat. Ille vero qui haec omnia ex nova illa methodo ignoret, non cogitabit de diversis vel formis vel significatibus, & semper dubius hærebit, nonne forte alia adhuc forma aut significatio supersit, quæ præsentí loco sit accommodatior. Sicut autem hoc modo verba conjugationibus quibusdam privantur; ita Nomina quoque detrimenti multum capiunt, in quibus sine vocalibus non distinxeris suffixum & pluralis & singularis numeri itemque status constructi, ut de aliis non dicam, quæ linguae perito per se patebunt.

VI. Cum itaque & in hypotheses Auctoris, & in ipsam methodi novæ naturam satis inquisiverimus, & vindicias quoque, pro ea ab Auctore susceptas, depulerimus, superest, ut in summa conferamus ea, quæ isti in universum opponi possunt, quorum alia ipse Vir doctus admisit, alia autem admittere etiam invitus debet.

- (1.) Methodus hæc e medio, temerario imo profano ausu, tollit vocales, quas ut essentialē lingue partem, omnis Judæorum veterum æque ac recentiorum, si paucissimos exceperis, chorus, ex Christianis olim tantum non omnes, hodie vero non pauci vel ab ipsis Scriptoribus Sacris, vel ab Esdra, Codicis Hebræi instauratore, repetendas arbitrati sunt.
- (2.) Ponamus, vocales, quas diximus, Masoretharum Sæculi V. inventum esse, ponamus esse somnium; tale tamen est, quod se per mille & amplius annos multis vigilantium millibus approbavit: ita ne somnium novum, (faretur enim auctor hypotheses suam falsam esse) quod vix crediderim vigilantibus decem probatum iri, cum antiquo permutabimus, nec potius in hoc etiam antiquitatis causa acquiescemos?
- (3.) Lectiones vocum adeoque significationes antiquitati Judaicæ æque ac Ecclesiæ receptæ nunc demum sollicitabuntur, & in nescio quas formas convertentur.
- (4.) Scepticismo Exegetico latam portam aperit, ut nemo prave sentientium futurus sit, qui non clarissima alioquin Scripturæ oracula cum aliqua verispecie in suas pertrahere partes vel possit, vel audeat.
- (5.) Lingua ipsa evadet, quod & fatetur & gloriatur Auctor, obscura æquivoca & ambigua, id est lingua esse desinet.
- (6.) Si lingua tamen appelletur, nova certe erit, nec vel veteribus Hebræis, si in vitam revocarentur, vel nostræ ætatis hominibus, qui hebraice scire se putant, intelligenda.
- (7.) Nomina Propria profanis Græciæ Scriptoribus, vel Doctoribus Ecclesiæ antiquioris, ex Sacris tabulis Veteris Instrumenti memorata frustra in iisdem requirentur. Quis enim *Israel* credidit significari per *Israhel* (ita enim vi horum principiorum legi debet vox נָרְשֵׁה) quis *David* per *Douid*, quem Noster ex נָתַן effingit? quis tot alia misere detorta intelligendo assequetur. Quis *Josephum* & *Mosen* Justino lib. 36. c. 2. memoratos, in historia Sacra invenerit? Quid vero fiet de lectione Vulgatae, hancine tam audacter migrare permittit sacrum fulmen, a se de Roma na iis impactum, qui novi quidquam consecrantur? Adeone fiducia sui plenus est auctor, ut non vereatur, ne ipse suis non satis probetur?
- (8.) Lingua Hebræa ab omnibus, qui novam methodum adhibebunt, dupli modo discenda erit: antiqua enim illa carere non possunt; si, quid superioris ætatis Philologi vel Scripturæ Interpretes de uno altero Hebraismi momento, aut loco Biblico statuerint, percipere velint.
- (9.) Judaicorum commentationes vel Grammaticæ, vel Exegeticae literales in usum converti non poterunt.
- (10.) Antiquorum labores, qui genuinum obscuri loci sensum secundum principia recepta erue-rint, & ad liquidum perduxerint, perditi erunt, quia corum demonstrationes non intelligentur.

(11.) Nova

- (11.) Nova igitur opera etiam in demonstratis debet collocari, eum non desint alia, ad quæ discutienda diligentia possit converti.
- (12.) Etymologiarum studium, quod in originibus vocum ex Hebræa vel aliis Orientis linguis deditcendis versatur, non contemnendo præsidio, quod soni convenientia & pronunciationis similitudine continetur, privatum se sentiet.
- (13.) Plurium etymologiarum, quæ communi fere consensa receptæ hodie sunt, rationes vix intelligentur.
- (14.) Linguae Hebrææ corpus adeo non perficitur & amplificatur, ut potius uno alteroq; membro, duabus scilicet conjugationibus, Piel & Pual, ne de aliis dicam, mutiletur, quæ tamen & inter se, & a reliquis conjugationibus ratione formæ & significationis ita differunt, ut temerarius sit, qui instar commenti eas e Grammaticorum Scholis cum Auctore nostro ejiciat.
- (15.) Novis opus erit dictionariis: dum enim, quæ hodie manus teruntur, ad varias vocum formas, interdum ex punctis tantum cognoscendas, provocant, & pro diversitate conjugationum, v. c. Piel & Pual, varias verbis significaciones tribuunt, tiro, horum principiorum ignarus, nescierit, quid sibi Lexicographus velit.
- (16.) Methodus hæc adeo non est methodus, ut secundum eam Lingua hæc doceri vix adultos, ne dum pueros possit. Cum enim linguarum studium memoria in primis nitatur, ea docendi ratio optima erit, quæ isti ferat subsidium. Hoc vero nullum hic video. Quomodo enim quæso unius vocis v. c. בְּרִיָּה, נַחַל, לְבָנָה & aliarum, variis significatus, quos nunc ut nomina nunc ut verba obtinent, memoria comprehendentur, nisi aliqua nota diacritica acceperit, cum vel illa pæsente negotium sat is arduum? quomodo, si teneantur, in lectione a puero in primis, addo & adulto, nisi eximia sit ingenii vis, suis quique locis commode tribentur? Quomodo in universum linguae rationes ad certum quandam sibique constantem ordinem revocabuntur?
- (17.) Ingenio atque adeo incertis conjecturis porta hoc magis aperitur, quo plus reliquias mentis facultatibus, judicio in primis & memoria decedit, subtractis iis, quibus præcipue adjuvantur, præsidiis.
- (18.) Cum Judæis sententiae conferri non poterunt, sive illi ad veritatem sint perducendi, sive in cognita doctrina confirmandi, sive denique ob doctrinam salutarem oppugnatam castigandi & repellendi videantur.
- (19.) In primis vero desideratur duplex aliud commodum, quod ex nova hac methodo aliis pollicitus est Auctor, linguae scilicet amplificatio, & Scripturæ intelligentia; altera enim mutilatur potius, altera vero tenebris destinato consilio mergitur.
- (20.) Imo, si hæc ratio tutor & commodior appellari jure potest, dari poterit alia ista tutor & commodior, ut scilicet unicuique potestas relinquatur legendi, ut velit. Cum enim Auctor demonstrare non possit, veteres Hebreos vel vocales, quas statuit, vel consonantes sonis illis artificialibus induisse; quid prohibet, quo minus suo quisque arbitratu legere his possit?

Ceterum sententiae nostræ summam ipse Cappellus, quem alioquin sequitur Noster, expressit in Vindictis Arcani p. 926. Rabbinæ etiam apicularum, quibus lectionem representarunt, figuram, situm, & collocationem aptissime excogitarunt (si unquam excogitarunt,) ut nihil in illis juste corripi & agui, aut merito reprehendi posset, nisi ab insolentissimo & impudentissimo Zoilo, qui eo ipso stultissime invidia reum & atra coligine plenum se proderet, omnibusque deridentum & despudendum praberet,

S. D. G.



Domina quod erat ante suum. Noster non fuit alias non defecisset. Deus certe tardo gressu sequitur, sed consecutus pestilentissimi homines gravissime punit. Rem paulo planius explicabo. Nam Lipsiensis Saxo, hodie finitis nostris sacris ad me venit, lumen videret mihi gratulatur, se quod hic viverem salvus se uidere ait; coque magis quod Lutetiae mihi constitutorum fidias feliciter evitaverim: esse autem quod mihi referre velit, arcani fortassis silevit, rem omnibus quidem, sed diris omniorum devovendam. Nam praemittebat qui talia faciunt, impunis dignissimi. Hugo Grotius, occultus iam aliquot annis auctor noster, nunc Lutetiae publice descivit: diploma gratiae nimirum est manibus & ab omnibus Germanis describitur. Germani, a longe multo tempore, conciovis sacræ exercitium non raterquam cum Dominus Campi mareschallus, Gustavus Hortetiæ. Jam sacra nostra iterum, ut antea suspenduntur. Cum quis sit scitum, Germanus a Christianissimo Rege longe aliter

Quid cogitant SVECIÆ, quod perfidissimo homini arcanum permittunt. Hæc & alia cum indignatione summa mihi recensuit, sancteque juravit, se iam ingrediiter Hammarburgi salutaret: Ipsique omnia quæ resciverit Lutetiae hac de Ego non sadmodum talia contigisse stupeo: Nam Grotius volens poculum Babelis, religionum mixtura iam dudum per suos Luteri versionem Biblorum vernaculam, exagitando: crimen falsi, librum divo Augustino affingendo, locumque excepsum, per manus supra dicti Baronis Degenfeldii mihi exiui locus ita comparatus erat, ut Oracula Deastræ Delphici esse quid interim ociose Tragædiam hanc spectamus? Pro Grotio Sed de nostris Germanis admodum sum sollicitus. Ut autem Grotium defecisse, sic gravi adiuratione aurifabrum contestata mihi diceret: an sibi esset privata similitas cum Grotio? Nergo sit suspectus, qui iusto dolore commotus, impedimentum nostræ, cuius exercitium liberaliter a Christianissimo Rege, no-indultum, deplorat? Sed iam ab inchoativo verbo, Grotius,

E 2

ie.

